149v Nobilis Petrus de Sancto Germano de Grueria burgensis Melduni, 28 jan 1494 Style of the Nativity, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris manibus recognitis per quondam Guilliermum de Viviaco ? , ex empto per dictum confitentem facto a Humberto filiio quondam Johannis Chenaulx constante instrumento recepto per Providum virum Nycodum Monachy 31 mar 1477

152 Nobilis Jacobus filius quondam Nobilis Jacobi Vallacrest domicellus burgensis Melduni, 29 (die ultima) feb 1494, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum

extentarum commissarii et receptoris manibus recognitis per quondam Johannem Nebuli, ex successione legitima sibi eventis ob mortem dicti quondam eius patris

153v Nobilis Petrus filius quondam Nobilis Jacobi Vallacrest domicellus de Melduno, 19 dec 1493 Style of the Nativity, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris manibus recognitis per quondam Johannem Nebully, ex successione legitima sibi confitenti eventis

154v Jaquetus, Glaudius, et Nycodus filii quondam Nycodi filii quondam Jaqueti Monachy facta per Johannetam eorum matrem relictam dicti quondam Nycodi Monachy administratorio nomine eorundem liberorum suorum, 22 jan 1494, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii manibus recognitis per quondam Jaquetum Monachy avum paternum dictorum liberorum

156 Nobilis Ludovicus Cerjat domicellus de Melduno condominium de Combremont, 18 feb 1494 Style of the Nativity, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio manibus recognitis per quondam Nobiles Humbertum, Guydonem, et Jacobum Cerjat eiusdem confitentis predecessores, ex legitima successione eventis ob mortem dictorum Cerjat predecessorum suorum

159 Glaudius Brochon burgensis Melduni, 28 (die ultima) feb 1494, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris manibus recognitis per quondam Providum virum Johannem Nebuli antenatum, et que prius fuerunt de bonis quondam Johannis Pictet habitatoris Melduni, ex acquisito per ipsum confitentem facto a honorabili viro Jacobo Pini (strokes over both i's) burgense Melduni constante instrumento recepto per Providum virum Johannem Nycati notarium sub anno domini millesimo quatercentesimo _____ (long blank space, the date left incomplete)

160v Providi viri Johannes Nycati notarius conjuntorio nomine Handi ? (clear, at least twice) eius uxoris filieque quondam Anthonii Bordelli et Bonifacius Bordelli clericus, 09 apr 1494 Style of the Nativity, de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris manibus recognitis per Providum virum Jacobum Pini de Melduno veluti tutorem et eo nomine Guilliermi et Petri filiorum quondam Roleti Moriaux de Viviaco, ex empto per Anthonii Bordelli patrem dictorum Hadi (clear) et Bonifacii facto a quondam Petro Pini saltore et Allexia eius uxore constante instrumento recepto per quondam Glaudium Ga... (illegible, due to bleedthrough or smeared ink) 13 dec 1470

163 Nobilis et Potens vir Johannes de Staviaco ballivus Vuaudi condominium de Mexieres, 1494 (day and month left blank), de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii manibus recognitis per Nobilem Nycolletam de Chatonay relictam quondam Nobilis Ludovici de Staviaco dicti confitenti fratris, ex successione legitima sibi eventis ob mortem dictorum conjugum, et que per prius fuerunt de bonis Nobilis Agnetis de Sarrata dictorum conjugum avie materne

166 **Communitas de Chavanes supra Meldunum**, 15 feb 1494, constituti personaliter **Guido de Tecto filius quondam Jacobi de Tecto, Petrus filius quondam Roleti de Tecto, Petrus filius quondam Roleti dou Russel alias Veyryz, Johannes filius Petri de Costel alias Bellaz, Mermetus de Costel alias Belaz, Petrus Davidis suo et Humberti Milliet alias de Costel (but elsewhere, and repeatedly in this terrier, this Humbertus is called Milliet alias Mocket or Mocket alias Milliet or similar), Petrus filius quondam Guilliermi Rapiter (elsewhere Rapit or Rappit) escofferii et burgensis Melduni, Francesia filia quondam Petri de Costal (elsewhere usually Costel, Coster, or Costergio) alias Udrici uxor Johannis de Mont escofferii et burgensis Melduni de auctoritate et concensu (should be consensu) dicti Johannis eius viri presentis et consencientis (=consentientis ?), et Anna relictā quondam Nycodi Escofferii filia quondam Anthonii de Curia** (Note the apparent error, the widow of Nycodus Escofferii should be Agnes, not Anna, daughter of the late Johannes, not Anthonius, de Curia !) omnes de villa de Chavanes suis et aliorum hominum franchorum et censitorum de Chavanes nominibus, in sequendo tamen recogniciones per eorum predecessores in manibus quondam Egregii Andree de Sollerio tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris factam, scilicet per **Nobilem Humbertum Cierjat (=Cerjat), Jacobum et Roletum de Tecto, Petrum de Costel alias Belaz, Johannem de Costel alias Belaz, Roletum Veyryz, et Glaudium Muriset**, confitentur, quod quilibet ipsorum et aliorum existencium in dicta villa de Chavanes focum faciens in eadem villa debet prelibato illustrissimo domino nostro duci Sabaudie etc. et suis quibus supra ultra alios census specificatos in ipsis recognicionibus particulariter debitos, videlicet pro quolibet foco duodecim denarios Lausannenses veteres, pro affocagio unam gerbam frumenti in messibus, [et] unum caponem, que omnia et singula solvere consueverunt in dicti castellam Melduni manibus presentis et futuri seu receptoris eiusdem singulis annis quolibet festo Sancti Andree Appostolli nominibus quibus supra.

167 Item, quilibet habens carrucam debet prefato domino nostro duci duos solidos veteres dicto termino in manibus quibus supra persolvendos.

Item, confitentur dicti confitentes prenominati suis et aliorum hominum habitancium in dicto loco de Chavanes se et suos predictos debere et legitime solvere teneri prelibato domino nostro duci et suis quibus supra pro marescalcia octo modia avene ad magnam mensuram Melduni solvenda anno quolibet in manibus dicti castellani Melduni presentis et futuri aut receptoris eiusdem quolibet festo Sancti Andree Appostolli.

Et ulterius, confitentur prenominati confitentes nominibus premissis tenere ab illustrissimo principe domino nostro domino Sabaudie etc. duce et suis quibus supra usum eorum pascuorum, aquarium, et itinerum in loco et territorio de Chavanes.

Item, omnes suprascripti suis et quibus supra nominibus et cum ipsos homines liberi existentes in dicto villagio tam supra quam ibi nominati, videlicet **Glaudius de Tecto filius quondam Francesie filie quondam Johannis filii quondam Anthonia de Curia, Agnes relictā quondam Nycodi Escofferii, Johannes Motet seu eius heredes, Petrus Rapit, Agnes uxor Johannes de Chinal Turris de Peil prope Viviacum bonatenentes Johannes Paschy alias Vuespaz, et heredes Anthonii de Costel alias Belaz**, confitentur pro se et suis predictis

debere et legitime solvere teneri prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra, videlicet viginti solidos Lausannenses novorum census quos solvere cosuerverunt (=consueverunt) nomine prelibati domini ducis Nobili Johanni filii quondam Spectabilis Militis Domini Johannis de Blonay causam habenti ab heredibus Domini Anthonii Cornuti de Vulliens militis racione pascuorum communitatis eorum, que pascua necnon decursus aquarum et itinerum confitentur prout supra se tenere a prelibato domino nostro duce et suis predictis imperpetuum, et pascua per eos confessata in extentis per quondam Anthonium Championis et Andream de Sollerio receptis in tribus parcellis extiterunt confinata et sunt mareschia seu marest, Prima particula seu parcella sita est loco dicto en Plam juxta pratum Petri filii quondam Jacobi de Tecto ac pratum eiudsem quod fuit Glaudii Murizat vocatam Pratum de Stagno a parte boree, senderium de Mollens (=Morlens) juxta fontem vocatam Sancta Fontanna a parte venti, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapi et Phillipi Pyni a parte orientali, et pratum seu les chantres Humberti filii quondam Johannis Mocket et Agnetis relicte quondam Nycodi Escofferii, Petri Rapi et Mermeti de Costel alias Belaz quod fuit Roleti Veyry, ac eciam terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto, Glaudii de Tecto, et Agnetis relicte quondam Nycodi Escofferii a parte occidentali, Alia vero parcella est sita loco dicto ou Marest de Bovanens ? juxta terram Humberti filii quondam Humberti (should be Johannis) Motet et plurium aliorum parcionarii a parte orientali, viam publicam a parte occidentali, pratum Guidonis de Tecto quod fuit Nobilium Cierjat (=Cerjat), scilicet Humberti, Jacobi, Guydonis, et Petri [Cerjat], et terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murizat a parte venti, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Escofferii et pratum Humberti filii quondam Johannis Mocket a parte boree, Alia vero tercia parcella est sita loco dicto ou Orgivaulz juxta pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Escofferii, Phillipi Pini quod fuit Johannis de Servion ac plurium aliorum a parte venti, pascua communia de Converliez ? a parte venti, terram Glaudii de Tecto et Petri filii quondam Guilliemi Rapi a parte orientali, terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto, et pratum eiusdem Petri [de Tecto ?] quod fuit Glaudii Murizat quondam a parte occidentali.

168 Item magis, debere et legitime solvere teneri confitentur ipsi prenominati recognoscentes et confitentes nominibus premissis pro se et suis quibus supra eidem prelibato domino nostro duci et suis premissis ultra predicta pro messellaria, videlicet duas libras cere ad pondus Melduni perpetue annis singulis termino festi Sancti Andree Apostoli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetue persolvendas, datum et actum Melduni in domo Nobilis Johannis de Staviaco baillivi Vuaudi, witnesses Nobiles Jacobus de Glana dominus de Vallardym, Guillierumus Auberczon castellanus Melduni, Johannes Querla ? clericus de Aquiano, et Georgius Alamand serviens Melduni.

169 **Petrus filius Jacobi de Tecto**, 25 may 1493 Style of the Nativity, (the text recounts the commission of the notary in considerable detail, with dates), res et possessiones inferius descriptas, sibi ex successione legitima eventas et excheutas ob mortem dicti Jacobi de Tecto eius quondam patris, ultimo recognitis per dictum Jacobum de Tecto in manibus quondam Egregii Andree de Sollerio pro tunc dictorum extentarum commissarii et receptoris sitas et jacentes in territorio et finagio dicti loci de Cabanis,

170 Et primo, quandam peciam prati sitam in predicto territorio de Cabanis loco dicto de Monsendon supra Stannum juxta pratum Petri de Costel alias Bellaz ex borea, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapi escofferii ex oriente, pascua communia Cabanis a vento, stannum

Phillipi Pyn ex occidente, unacum omnibus suis aliis confinibus, fondis, juribus, pertinentiis, et appendenciis, ingressibusque et egressibus ipsius prelimitate pecie prati ut supra recognite conversis, pro qua pecia prati superius proxime confinata et recognita dictus prenominatus confitens pro se et suis quibus supra debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum solidum et quatuor denarios Lausannenses veteres census annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Apostoli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit aut receptoris eiusdem persolvendos.

Item, tenere confitetur dictus supranominatus confitens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de eisdem bonis, videlicet quandam peciam prati continentem circa quartum unius seyturate prati sitam in territorio de Nex juxta pratum Petri filii quondam Nycodi Veyri ex oriente, pratum Petri filii quondam Guilliemi Rapit a borea, terram Petri de Costel alias Bellaz a vento, et pratum eiusdem Petri de Costel ex occidente.

170v Item magis, tenere confitetur ipse prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis predictis de bonis et confessione predictis quartam partem duarum posarum terre sitarum loco dicto en Plan pro indiviso cum Guidone filio quondam Roleti de Tecto, Glaudio de Tecto, et Jaquete (should be Agnetis !) relicte Nycodi Excofferii juxta iter publicum a parte boree, pascua communia de Chavanes a partibus orientali et venti, terram seu geniperias Petri de Tecto que fuit Glaudii Muriset a parte occidentali.

Item, quartam partem unius pecie terre pro indiviso ut supra sitam loco dicto en Vertellieres in duabus peciis, itinere intermedio, quarum Prima est juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali, terram Petri Rapit a parte orientali, terram Petri filii dicti Johannis Bellaz a parte boree, et iter publicum a parte venti, Alia vero jacet ibidem prope juxta viam publicam ex borea, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion ex occidente, terram Johannis Agues ? alias Mocket seu Humberti eius filii ex oriente, terram Petri filii quondam Nycodi Veyry ex vento.

Item, en la Biollery quartam partem unius pose cum dymidie terre pro indiviso ut supra juxta terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit ex oriente, terram Phillipi Pyn que fuit Anthonie filie quondam Nycodi Carraz ex occidente, iter tendens a dicto loco de Cabanis apud Morlens a parte boree, et terram Petri filii quondam Nycodi Veyry a vento.

171 Item, de eisdem bonis quartam partem pro indiviso ut supra unius pose terre site in territorio de Bovanen ? juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz ex oriente, terram heredum Glaudii Giro vacantem ex occidente, et quasdam alias terras vacantes a partibus boree et venti.

Item magis, de eisdem bonis quartam partem unius pose terre pro indiviso ut supra site in territorio de la Biolliery que nunc est conversa in nemus subtus Ardre (=Ardra) juxta terram heredum quondam Anthonii Ferrery ex borea, terram dicti confitentis ex vento, pro quibus rebus et possessionibus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus supranominatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unam cupam cum

dimidia avene ad mensuram Melduni termino predicto festi Sancti Andree Apostolli in manibus castellani Melduni seu receptoris eiusdem qui nunc sunt et qui pro tempore futuro fuerint presolvendam.

Item magis, tenere et possidere confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis quibus supra a dicto prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis de bonis et recognicione dicti Jacobi eius quondam patris in manibus jamdicti Andree de Sollierio pro tunc dictarum extentarum commissarii facta, videlicet res et possessiones inferius descriptas et limitatas,

Et primo, medietatem trium posarum terre sitam (should be sitarum) in territorio de Rionbos juxta viam publicam a parte venti, terram dicti confitentis que fuit Glaudii Muriset a parte boree, iter publicum a parte occidentali, et affrontat terre dicti Guidonis de Tecto a parte orientali.

171v Item, dymidiam posam terre sitam ibidem juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali, et affrontat terre dicti confitentis a parte orientali, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit heredibus Johannis de Curia a parte boree, et terram Guidonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, pro quibus rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomminatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet sexdecem denarios cum obolo Lausannenses census veteres quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum quorum supra solvere consuevit idem prenomminatus confitens pro se et suis quibus supra annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli Septabili (=Spectabili) Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a quondam heredibus Domini Anthonii Cornuti de Vuilliens et hoc vigore quarundam pactionum dudum habitarum inter inclitissime memorie predecessores prefati domini et prefatum quondam Dominum Anthonium Cornuti sub potestate pro parte ipsius domini perpetuo reddimendi sub certo precio in bonis inde de super confectis et insertis ?

Item magis, tenere confitetur ipse idem prenomminatus confitens pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo principe domino nostro Sabaudie nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis in cuius supra Andree de Sollierio pro tunc dictarum extentarum commissarii manibus recognitis, videlicet medietatem cuiusdam pecie prati sitam in territorio de Vairouz ? (possibly Vaciouz ?) juxta pratum dicti confitentis a parte venti, aliam medietatem pecie prati quam tenet dictus Guido de Tecto a parte boree, pratum Petri filii quondam Nycodi Veyry a parte occidentali, et pratum dicti Guidonis de Tecto a parte orientali, pro qua medietate cuiusdam pecie prati supra proxime limitate et cognite debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomminatus recognoscens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duce (should be duci) et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor denarios cum obolo Lausannenses veteres census annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostoli in manibus castellani Melduni qui nunc est et que pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos, qui vero census ante presentem recognicionem deberi solent heredibus Domini Anthonii de Vulliens seniori et modo solvunt et solvere debent illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. ? duce (should be duci) et suis premissis.

172 Item magis, tenere et possidere confitetur idem prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duce et suis premissis de bonis et recognicione predictis in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii manibus facta, videlicet res et possessiones infrascriptas et limitatas,

172v Et primo, medietatem unius pose terre site es Chagnes juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte venti, terram que quondam fuit Anthonii Magnyn a parte occidentali, et terras quasdam a parte orientali.

Item, en Ardra dymidiam posam terre juxta terram que fuit Beatrisis filie Richardi Grinjoz a parte orientali, terram Guidonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, terram Glaudii Giro vacantem a parte occidentali, et terram Petri filii quondam Nycodi Veyry a parte venti.

Item, in Plano Campo alias Entrelemont unam posam terre juxta terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a parte orientali, terram dicti confitentis et Guydonis de Tecto a parte occidentali, iter publicum de Morlens a parte boree, et affrontat terre Petri filii Nycodi Veyre a parte venti.

Item, en Grossis Petris tres partes unius pose terre juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte occidentali, et terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte orientali, alios vero limites ignorat, pro quibus vero rebus supra novissime specificatis et recognitis dictus prenomminatus Petrus de Tecto confitens et recognoscens pro se et suis quibus supra debere et legitime solvere tenere confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetue, videlicet duas cupas avene reffectas ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino festi Sancti Andree Appostolli in manib[us] cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit perpetue solvendas seu in eius castellani receptoris manibus.

173 Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus Petrus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, de bonis et recognicione premissis, videlicet medietatem quinque partium sexte partis pro indiviso cum Guydone de Tecto eius cognato furni de Chavagnes, pro quaquidem medietate dicti furni idem prenomminatus confitens pro se et suis quibus supra debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem quinte partis unius cupe frumenti ad mensuram frumenti Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit aut receptoris eiusdem perpetue persolvendas. (The other medietas or half of this item is on fol. 246, but the description differs: instead of half of $\frac{5}{6}$ th of $\frac{1}{6}$ th of the rents from the communal oven, the description on fol. 246 indicates half of $\frac{1}{5}$ th of $\frac{1}{6}$ th of the rents. The cense due on these two items is also in question; here, it is half of $\frac{1}{5}$ th of a cup, but on fol. 246 it is half of $\frac{5}{6}$ th of a cup, the reverse of the discrepancy of the rents. Can this discrepancy be resolved through comparison with earlier and later terriers ?)

Item magis, tenere confitetur dictus prenominitus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de dicta recognicione in manibus cuius supra facta, et per prius de bonis et recognicione quondam Anthonii Carrelli, videlicet medietatem nemoris sui de Riombos quodquidem nemus continet septem posas juxta nemus Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali, et terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Escofferii que fuit heredibus Johannis de Curia a parte orientali, nemus Phillipi Pyn quod fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, et terram Petri et Johannis de Costel alias Bellaz a parte venti, pro qua medietate dicti nemoris dictus prenominitus confitens pro se et suis premissis debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum denarium cum obolo Lausannensium novorum annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetue persolvendos.

173v Item magis, tenere confitetur dictus idem supra nominatus confitens pro se et suis premissis ab illustrissimo prelibato domino nostro et suis quibus supra sub homagio suo francho et censito ut supra, de bonis et recognicio[ne] predictis, et per prius de bonis et recognicione quondam Anthonii Cullard, videlicet dymidiam seyturatam prati sitam in territorio de Clauso subtus villam de Chavanes loco dicto en Vacyouz juxta carreriam publicam a parte boree, pratum Guydonis filii Roleti de Tecto a parte venti, pascua communia a parte orientali, et pratum dicti Guydonis de Tecto a parte occidentali, pro quaquidem dymidia seyturata prati supra proxime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominitus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet octo denarios cum obolo Lausannencium novorum annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus superius memorati castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos, de quibus solvere consuevit de mandato predecessorum prelibati illustrissimi domini nostri ducis hospitali Melduni septem denarios dicte monete, et hoc in exonerationem duorum solidorum et septem denariorum dicte monete dicto hospitali debitorum de mandato hospitalis Melduni predecessoribus dicti illustrissimi domini nostri ducis et eciam in exonerationem trium denariorum veterum prefato domino nostro per dictum quondam Anthonium Cullard in precedenti extenta recognitorum.

174 Item magis, tenere et possidere confitetur dictus prenominitus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de dictis bonis et recognicione ipsius confitentis quondam patris, et per prius de recognicione dicti quondam Anthonii Cullard, videlicet jus suum cum suis participantibus furni de Chavanes, pro quaquidem sua parte dicti furni debere et legitime solvere teneri confitetur prememoratus recognoscens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum quarteronum cum quarto et octavo unius quarteroni frumenti reffecti ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Andree Appostolli in manibus memorati castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit aut receptoris eiusdem perpetue persolvendum.

174v Item magis, tenere et possidere confitetur ipse prenominitus confitens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra sub predicto

homagio, de bonis predictis et que per prius fuerunt de recognicione Johannis Meller de Chavanes, videlicet unam posam terre sitam en les Byolleretes juxta terram predicti Guydonis de Tecto que fuit Nobili Humberti Cerjat a parte occidentali, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte orientali, et affrontat terre Petri filii Johannis de Costergio (=de Costel) alias Bellaz que fuit Johannis Paschy a parte boree, et terre Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, pro qua posa terre supra proxime limitata et recognita dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis supradictis debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet decemocto denarios Lausannensium veterum annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni persolvendos, quos decemocto denarios Lausannenses veteres ut supra nomine prelibati illustrissimi domini nostri et suorum dictus confitens solvere consuevit annuatim termino predicto Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a jamdicto quondam Domino Anthonio Cornuti, et hoc in exonerationem trium solidorum et sex denariorum veterum pridem in precedenti extenta per dictum quondam Johannem Molliex recognitorum.

175 Item ulterius, tenere confitetur idem prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de eisdem predictis bonis et recognicione, res et possessiones infrascriptas,

Et primo, unam posam terre sitam en Perroux juxta viam publicam a parte orientali, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit herredibus Johannis de Curia a parte occidentali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, terram Petri filii Guilliemi Rapit et plurium aliorum a parte venti.

Item, medietatem unius pose terre site in Plano juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit heredibus Johannis de Curia a parte occidentali, et affrontat terre Francesie filie quondam Petri de Costel a parte boree, et terram Guidonis de Tecto a parte venti, pro quibus rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomminatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus cuius supra castellani Melduni seu receptoris eiusdem qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit presolvendos, videlicet septem denarios Lausannencium veterum et unum bichetum avene reffectum (should be reffectam ?) ad mensuram Melduni, de quibus tamen solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ut supra, unum denarium dicte monete anno quolibet termino predicto solvendum et hoc in exonerationem maioris census per dictum quondam Johannem Melley (see above, =Molliex ?) in precedenti extenta recogniti.

175v Item ulterius, tenere confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis sub predicto homagio a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis et recognicione, videlicet partem suam cum suis comparsoneriis furni de Chavanes, pro qua sua parte dicti furni de Chavanes supra proxime recognita debere et legitime solvere teneri confitetur prememoratus confitens pro se et suis premissis predicto ? illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem dymidii quarteroni frumenti reffectam ad mensuram Melduni in dicti supra memorati castellani Melduni

manibus seu receptoris eiusdem qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit perpetue persolvendam.

Item ulterius, tenere confitetur ipse prenomatus confitens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis et recognicione predictis, et que per prius fuerunt de recognicione quondam Johannete uxoris Perrodi Carrelli alias de Tecto (de Tecto should probably be lined out) de Malina (clear, but likely error for Balma !), videlicet partem suam cum suis comparsoneriis furni de Chavanes, pro qua sua parte dicti furni de Chavanes que fuit de bonis et recognicione predictis dictus confitens pro se et suis predictis debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quartam partem sexte partis unius cupe frumenti ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit perpetue persolvendam.

176 Item ulterius, debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra annis singulis et perpetue, videlicet focagium, gerbam, caponeriam, carrucam, et cetera usagio in recognicione communitatis de Chavanes declarata.

Item magis, tenere confitetur dictus prenomatus recognoscens pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis, videlicet jus et usum (but with one extra minim) suum nemorum, pascuorum communium, aquarum decursuum, et itinerum publicorum sitorum et existencium penes et infra massum, fenagium, et confinum de Chavanes pro indiviso cum suis personeriis de Chavanes sub censibus predictis inclusis.

Item magis, tenere confitetur ipse prenomatus confitens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra in feudum et emphiteosim perpetuam, deque in feudo et emphiteosi ac directo feudi dominio ipsius prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum predictorum, subque predicto suo homagio francho et censito, de novo confessione Glaudii filii quondam Johannis Murisat de Chavanes per ipsum postremo facta in manibus dicti Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii, et que per prius fuerunt de recognicione Mermeti Magnini seu Johannete eius uxoris filie quondam Johannis Richard, ex empto per dictum confitentem facto a Petro filio quondam dicti Glaudii Mursat, constante quadam lictera vendicionis inde recepta et signata per Johannem Denardi clericum de Rotondomonte 20 (altered from 22) apr 1487, laudato per Johannem Nycati instrumento manu ipsius signato sub sigillo castelanie Melduni 21 apr 1488, videlicet res et possessiones infrascriptas,

176v Et primo, unam posam terre in duabus peciis sitam in territorio de Chavanes loco dicto en la Biolliry, quarum Prima est juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz que quondam fuit Nycodi Muriseti a parte orientali, terram Petri de Costel que fuit Johannis Paschiz alias Vuespaz a parte occidentali, et juxta terram heredum Nycodi Chappellaz ex una parte, Alia pecia est sita ibidem juxta terram heredum Richardi Grinsoz (=Grinjoz) a parte occidentali, terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit Johannis Paschyz alias Vacapaz (! should be Vuespaz, Vuespaz) a parte orientali, et juxta terram heredum Roleti Comitit a parte venti, et quasi dicte

pecie convertuntur in geniperiis et nemoribus, pro quibus duabus peciis superius postremo limitatis et recognitis dictus prenominatus recognoscens pro se et suis predictis debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo principi et domino, domino nostro Sabaudie etc. duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet undecim denarios cum obolo Lausannenses novos census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli perpetue in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui tunc fuerit aut receptoris eiusdem persolvendos, quosquidem undecem denarios cum obolo monete predictae dictus prenominatus confitens solvere consuevit nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis supradicto Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a quondam heredibus Domini Anthonii Cornuti annuatim in quolibet festi Sancti Andree ut supra.

177 Item, de eisdem bonis dictus confitens tenere confitetur pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra, videlicet unam posam terre sitam loco dicto in Rotondo Nemore juxta terram Petri filii Guilliemi Rapi a parte venti, terram dicti confitentis a parte boree, terram Francesie filie Petri de Costel a parte occidentali, et affrontat terre Petri de Costel alias Belaz que fuit Johannis Paschiz alias Vuepaz a parte orientali, pro qua posa terre supra proxime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur supranominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo termino premissis festi Sancti Andree Appostolli in manibus cuius supra castellani Melduni aut receptoris eiusdem perpetue persolvendos, videlicet tres solidos Lausannenses veteres census quos solvere consuevit dictus prenominatus confitens nomine prelibati illustrissimi domini nostri Sabaudie etc. ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis termino predicto annuatim persolvendos.

177v Item magis, tenere confitetur dictus confitens a prelibato domino nostro duce et suis de bonis predictis unum morsellum terre continentem duas partes unius pose terre situm in territorio de Crochet juxta terram Rodulphi Veyre a parte venti, terram Petri filii Guilliemi Rapi a parte boree, terram Guydonis de Tecto a parte occidentali, et affrontat terre Humberti filii Johannis Moutet (=Motet, Moctet) a parte orientali.

Item, supra Fayam dymidiam posam terre juxta terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte orientali, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cierjat (=Cerjat) a parte occidentali, nemus prefati domini nostri ducis a parte boree, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte venti, pro quibus debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos solidos et sex denarios Lausannenses census quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendos.

178 Item, terciam partem unius pose terre sita in Campo de Rotondo Nemore juxta terram Guydonis filii Roleti de Tecto a parte orientali, iter publicum a parte occidentali, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, et juxta terram dicti confitentis a parte venti, pro quibus rebus supra proxime confinatis et recognitis debere et

legitime solvere teneri confitetur ipse prenominatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie duci et suis ut supra de censu seu servicio annuali et perpetuo annis singulis termino festi Sancti Andree Appostolli persolvendo, videlicet septem denarios cum obolo Lausannenses veteres censu quos solvere consuevit dictus confitens prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam dicti Domini Anthonii Cornuti militis annuatim termino predicto.

Item ulterius, tenere confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet tercium unius pose terre situm en la Byolleyre alias Entrelemont (=entre le Mont, en Trelemont, etc.) juxta terram Guydonis de Tecto a parte occidentali, terram eiusdem Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, iter publicum de Mollens a parte boree, et affrontat terre heredum Glaudii Giroz a parte venti, pro qua pecia terre supra proxime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis predictis prelibato domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum quarteronum avene ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in dicti castellani qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem manibus perpetue persolvendum.

178v Item, tenere confitetur a prelibato domino nostro duce et suis premissis unam posam terre sitam in Plano juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Exscofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, terram Humberti filii Johannis Mocte[t] a parte occidentali, terram Francesie [filie quondam] Petri de Costel a parte boree, et mareschium seu pascua communia de Chavanes a parte venti.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en Bertret juxta terram Guydonis de Tecto que fuit dicti Humberti Cerjat a parte orientali, terram Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali, iter publicum a parte boree, et affrontat terre dicti Petri Veyre a parte venti, pro quibus rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos denarios Lausannenses veteres census annis singulis in dicti supramentionati castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit aut receptoris eiusdem manibus perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendos, qui vero duo denarii solvi solent heredibus quondam Domini Anthonii de Vuilliens primogeniti nunc tamen solvunt et solvere debent prelibato domino nostro duci et suis quibus supra ut supra. (This passage makes it clear that rents, or at least some of them, that had previously been paid annually to the heirs of Anthonius de Vuilliens alias Cornuti were now to be paid directly to the sovereign of Savoie, through his representative the Châtelain de Moudon or the appointed receiver of the latter.)

179 Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Petri Paschiz et Anthonii Carrelli, videlicet unam posam terre sitam supra Crosam juxta viam publicam de Mollens a parte orientali, terram dicti confitentis a parte occidentali, et affrontat terre seu clauso Guydonis de Tecto a parte venti, et [juxta] terram dicti confitentis a parte boree, pro qua posa superius

proxime limitata et recognita debere confitetur idem prenominatus confitens pro se et suis premissis prememorato illustrissimo domino nostro et suis predictis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet undecem denarios cum poyisia Lausannenses veterum census, et hoc in exonerationem quatuor solidorum Lausannensium novorum census pridem per quondam Petrum Paschiz et Anthonium Carrelli debitorum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit sive receptoris eiusdem manibus persolvendos.

Item magis, tenere confitetur idem prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis et recognicione predictis et que per prius fuerunt Mermete filie quondam Jaqueti Giroz de Chavanes uxoris Roleti Comitis de Cappella,

179v Et primo, quatuor partes dymidie falcate prati site in Prato Dyn juxta pratum Humberti filii Johannis Mochtet a parte venti, pratum Petri filii quondam Johannis de Costel alias Bellaz a parte boree, pratum dicti recognoscentis a parte orientali, et pratum Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali.

Item, quatuor partes unius falcate prati site in Planchia de Chanoz juxta pratum Humberti Mochtet a parte venti, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodis Excofferii a parte boree, pratum Francesie filie dicti Petri de Costel et Petri de Costel alias Belaz a parte orientali, et juxta pratum Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali.

Item, quatuor partes dymidie seyturate prati site en Aggreneer juxta pratum Agnetis uxoris Johannis Chinaul de Turre de Teil prope Viviacum filieque dicti Johannis Mochtet a parte occidentali, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a partibus orientali et boree, et pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte venti.

Item, quatuor partes dymidie falcate prati site es Chavanes juxta pratum Humberti filii Johannis Mochtet a parte orientali, pratum Francesie filie Petri de Costel a parte occidentali, pratum dicti confitentis quod fuit Johannis de Costel alias Belaz a parte boree, et pratum Guydonis de Tecto quod fuit dicti Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, pro quibus rebus superius proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur idem prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo anno quolibet termino predicto festi Andree Appostolli in manibus cuius supra castellani Melduni qui [nunc] est et qui tunc erit seu receptoris eiusdem persolvendo, videlicet tres denarios cum obolo Lausannencium census quos solvere consuetum est prefato Domino Johanni de Bloney militi tanquam causam habenti ab heredibus Domini Anthonii Cornuti quondam militis.

180 Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis ut supra a prelibato domino nostro et suis quibus supra quartam partem furni de Chavanes, pro qua quarta parte dicti furni debere et solvere teneri confitetur prefato domino nostro duci et suis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres bichetos frumenti reffectos ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus

cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de bonis et confessione predictis et que per prius fuerunt de recognicione et bonis quondam Anthonii Culard dicti loci de Chavanes, videlicet sextam partem dicti furni de Chavanes, pro qua sexta parte dicti furni superius recognito debere confitetur prememoratus confitens pro se et suis premissis ut supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unam cupam frumenti ad mensuram Melduni annis singulis termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit sive receptoris eiusdem perpetue persolvendam.

180v Item, confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis quibus supra se debere et legitime teneri prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet tres denarios et quartum unius oboli Lausannencium veterum annis singulis termino predicto Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui semper fuerit perpetue persolvendos, et hoc ratione cuiusdam senderii aut semite vel transitus qui presencialiter videri non potest, quos tamen dictus confitens solvere consuevit nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis predicto Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis.

Item ulterius, debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra ratione predictorum suorum bonorum supra proxime limitatorum et recognitorum omnia sua usagia sicuti et focagium, gerbam, caponeriam, corvatam, et alia in recognicione communitatis dicti loci de Chavanes recognita et specificata prout et ceteri homines sue supradicte condicionis, witnesses Egregius vir Dominus Johannes Crepini, Petrus Davidis, Petrus filius Nycodi Veyre de Cabanis, et Guilliernus Savarini clericus, no signature or paraphe.

182v **Petrus filius quondam Nycodi Veyrez et Nycodus filius quondam Henrici Veyrez de Chavanes**, 25 may 1493, res et possessiones inferius descriptas et limitatas alias per Roletum Veyre eorundem confitencium quondam avum paternum recognitas in manibus Discreti viri Andree de Sollerio quondam notarii et dudum presencium extentarum commissarii,

183 Et primo, supra Fayam unam posam terre juxta nemus domini a parte occidentali, terram Guydonis de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, pratum Petri de Tecto quod fuit ipsius Glaudii Murisat et Johannis de Costel alias Bellaz a parte venti, et nemus prefati domini nostri a parte boree.

Item, medietatem pro indiviso cum heredibus Anthonii Carrel unius pose terre site en Voloutier juxta nemus prefati domini a partibus occidentali, boree, et venti, et juxta terram Petri filii Guillierni Rapit a parte orientali.

183v Item, medietatem trium posarum terre sitarum loco dicto ou Serrajoz (should be Ferrajoz ?) divisarum cum Rodulpho Veyre juxta terram Francesie filie Petri de Costel a parte

orientali, terram dicti Rodulphi Veyre a parte occidentali, terram dicti recognoscentis a parte boree, et juxta terram Humberti Mochtet a parte venti, pro quibus rebus et possessionibus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus Petrus Veyre confitens suo et quo supra nominibus pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sex denarios Lausannenses novos census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem manibus persolvendos, et hoc in exonerationem decem septem denariorum cum pyta dicte monete per dictorum confitencium predessores recognitorum, et qui deberi solent ante huiusmodi recognitionem heredibus quondam Domini Anthonii de Vulliens senioris et modo debentur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis.

Item ulterius, debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo in cuius supra manibus annis singulis termino predicto ut supra persolvendo, videlicet duos denarios Lausannencium novorum census quos nunc solvit et solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a dicto quondam Domino Anthonio Cornuti militi in exonerationem sex denariorum dicte monete pridem in precedenti extenta per quos supra recognitorum et in eadem mencionatorum.

184 Item, tres partes unius pose terre divisas cum dicto Rodulpho Veyry sitas in Plano Campo de la Biollere juxta terram Francesie filie Petri de Costel a parte occidentali, terram heredum quondam Mermeti Regis modo geniperias a parte orientali, viam publicam de Mollens a parte boree, et affrontat Campis de la Comba ? a parte venti.

Item, tres partes dymidie pose terre divisas ut supra sitas in Grossis Petris alias en Pierres Besses juxta terram heredum Glaudii Girodi vacantem a parte orientali, terram dicti recognoscentis a partibus occidentali et venti, et terram heredum Glaudii Girodi a parte boree.

Item, tres partes sexte partis duarum posarum terre sitarum in Calce juxta terram heredum Anthonii Magnini a parte orientali, terram dictorum confitencium a parte occidentali, et juxta terram Petri de Costel que fuit Johannis Paschiz a parte boree.

Item, unam posam terre sitam loco dicto ou Melleir juxta terram Humberti filii Johannis Mochtet a parte occidentali, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, terram Petri de Tecto a parte boree, pro quibus rebus omnibus et singulis superius limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendo, videlicet tres bichetos avene reffectos ad mensuram Melduni et tres denarios cum obolo Lausannenses novorum census, et hoc in exonerationem duarum cuparum avene et quatuor denariorum cum obolo et poysia Lausannencium novorum in precedenti extenta recognitorum et qui quatuor denarii cum obolo et poysia ante presentem extentam debitorum heredibus quondam Domini Anthonii de Vullierens (error ! should be Vulliens, Vuilliens) senioris et modo ut supra debentur prelibato illustrissimo domino nostro duci etc.

184v Item, unam domum cum platea sitam in villa de Chavanes juxta curtile dicti recognoscentis a parte orientali, curtinam ipsius recognoscentis a parte occidentali, quoddam casale ipsius recognoscentis a parte boree, et quandam plateam a parte venti.

Item, tres partes quarte partis nemoris sui de Rionbos continentem circa tres posas cum dimidia que dividitur cum suis pareriis unacum suis aliis confinibus *si qui fuit venoribus* (script is apparently clear; if the phrase refers to confinibus, might it mean something like “if they can be found” ?)

Item magis, tenere confitetur dictus confitens nominibus quibus supra pro se et suis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de bonis in cuius supra manibus recognitis et que per prius fuerunt Anthonii Carrelli, videlicet unam posam terre sitam in Campo Marini ? (should probably be Martini, =Champ Martin) juxta terram dicti recognoscentis a parte occidentali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte orientali, iter publicum a parte boree, et nemus Petri et Guydonis de Tecto a parte venti.

185 Item, en Lensez (=Lonsel, Long Sel ? ; however, there is also a toponym Long Foz associated with Faye as well) alias sus Faye unam posam terre juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, terram predicti recognoscentis a parte occidentali, nemus prelibati illustrissimi domini nostri a parte boree, et pratum Johannis de Costel et Glaudii Murisat a parte venti.

Item, loco dicto en Voloutier medietatem pro indiviso cum Anthonio Carrel dimidie pose terre juxta terram Guillermy Rapit a parte orientali, nemus prelibati domini nostri a partibus occidentali, boree, et venti.

Item, loco dicto in Stanno unam posam terre juxta terram Petri de Tecto a parte occidentali, et juxta carreriam publicam a partibus boree et venti.

Item, en Bovarens unam posam terre juxta terram dicti recognoscentis a parte venti, quasdam geniperias a parte boree, terram Humberti filii Johannis Mocket a parte orientali, et terram Agnetis filie Johannis Mocket uxoris Johannis Chinaul Turris de Peilz prope Viviacum a parte orientali, pro quibus rebus et possessionibus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomatus confitens pro se et suis predictis prelibato domino nostro Sabaudie etc. duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet undecem denarios Lausannenses novorum census annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetue persolvendos, et hoc in exonerationem viginti denariorum cum obolo Lausannensium novorum census per dictos quondam Nycodum Veyrez et Anthonium Carrelli in precedenti extenta recognitorum et qui ante presentem solvebantur heredibus quondam Domini Anthonii de Vulliens senioris et modo debentur illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duci prout superius describitur.

185v Item magis, tenere confitetur de dictis bonis terciam partem unius pose terre site es Chagnes juxta terram Petri de Costel alias Bellaz a parte orientali, terram dicti confitentis a partibus occidentali et boree, iter publicum de Mollens a parte venti.

Item, unam posam terre sitam in Plano de la Biolliery juxta terram Glaudii Girodi a parte orientali, terram dicti recognoscentis a parte occidentali, viam publicam a parte boree, et geniperias a parte venti.

Item, dimidiam posam terre sitam in Biolleria seu in Grossis Petris alias Pierres Besses juxta terram heredum Glaudii Girodi ex oriente, terram eiusdem confitentis ex occidente, terram Petri de Costel ex borea, quasdam geniperias ex vento, pro quibus rebus et possessionibus supra proxime limitatis et recognitis dictus ut prenomminatus confitens nominibus premissis pro se et suis predictis debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duas cupas avene ad mensuram Melduni et quatuor denarios cum obolo et poysia Lausannenses novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit aut receptoris eiusdem persolvendos.

186 Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro et suis premissis de bonis et recognitione predictis et per prius de bonis quondam Petri Paschiz et Anthonii Carelli, videlicet unam posam terre sitam en Champ Martin juxta terram dicti recognoscentis a parte orientali, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapi a parte venti, nemus Petri et Guydonis de Tecto a parte occidentali, et terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en Bovanens juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii filie quondam Johannis de Curia a parte venti, terram dicti recognoscentis a parte boree, et terram Humberti Mocket a partibus orientali et occidentali, pro quibus rebus supra proxime confinatis et recognitis debere et legitime solvere tenere confitetur idem prenomminatus recognoscens nominibus quibus supra pro se et suis ut supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet viginti unum denarios cum poysia Lausannencium novorum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus jamsepedicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos, et hoc in exoneracionem quatuor solidorum Lausannensium debitorum per quondam Petrum Paschiz et Anthonium Carrelli.

186v Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus confitens nominibus quibus supra pro se et suis quibus supra a prememorato domino nostro Sabaudie etc. duce de bonis predictis, quondam ochiam continentem circa unam fossoratam sitam in medio ville de Chavanes loco dicto ou Poyet juxta carreriam publicam a parte orientali, domum seu grangiam dicti recognoscentis a parte occidentali et eciam ex borea, et ochiam Petri filii quondam Guilliemi Rapi a parte venti.

Item, quondam aliam ochiam continentem circa dimidiam fosseratam sitam ante domum Mermeti filii quondam Anthonii de Costel juxta ochiam dicti Mermeti a parte boree, carreriam publicam a parte venti, ortum dicti recognoscentis a parte orientali, et ochiam eiusdem recognoscentis a parte occidentali, pro quibus rebus proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens suo et quo supra nominibus

pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum obolum Lausannensem novorum census quem nomine ipsius prelibati illustrissimi domini nostri duci solvere *soliti sunt* (but the amount is one obole, singular, should be *solitus est*) Nobili Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ut supra annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andre[e] in cuius supra manibus persolvendum, et hoc in exoneracionem viginti denariorum Lausannencium novorum census per quondam Anthonium Carrelli acthenus recognitorum.

187 Item magis, tenere confitetur idem prenominatus confitens nominibus premissis pro se et suis quibus supra a prelibato domino nostro etc. duce et suis quibus supra sub dicto suo homagio francho et censito, res subscriptas que fuerunt de bonis predictis et per prius de recognicione quondam Richardi Grinjoz,

Et primo, unam posam terre sitam in territorio de Calce de Chavanes juxta semitam tendentem versus Montet a parte occidentali, terram Petri de Costel alias Belaz a partibus orientali et boree, et terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, unam posam terre sitam ibidem juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, quasdam terras vacantes conversas in geniperias a parte boree, terras dicti Guydonis de Tecto que fuerunt Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, et terram dicti recognoscentis a parte occidentali.

187v Item, unum morsellum prati situm subtus viam publicam in Clauso de Vacioz juxta pratum prenominati Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, pratum Humberti filii Johannis Mocket a parte occidentali, carreriam publicam a parte boree, et pratum Mermeti filii Anthonii de Costel alias Belaz a vento, pro quibus rebus supra proxime confinatis et recognitis dictus suprasepenominatus recognoscens suo et quo supra nominibus pro se et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet viginti unum denarios cum obolo Lausannencium novorum annis singulis perpetue termino predicto et in cuius supra manibus persolvendos, quos tamen solvere soliti sunt nomine prelibati domini nostri prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis termino predicto annuatim persolvendos.

Item ulterius, debere et legitime solvere teneri confitetur dictus Petrus confitens nominibus premissis pro se et suis quibus supra prelibato domino nostro duci et suis premissis, videlicet duas cupas et unum quarteronum avene reffectum ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetue persolvendos.

188 Item magis, tenere confitetur idem confitens prenominatus suo et quo supra nominibus pro se et suis quibus supra a prelibato domino nostro duce et suis premissis de eisdem bonis et sub dicto homagio francho et censito et que quondam fuerunt de bonis et recognicione Anthonii Culard, videlicet unam seyturatam prati sitam in territorio de Clauso subtus villam de Chavanes loco dicto en Vacioz juxta pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a partibus venti et occidentali, carreriam publicam a parte boree, et juxta terram Petri de Tecto a parte orientali, pro qua seyturata prati prenominatus recognoscens nominibus quibus

supra pro se et suis quibus supra confitetur debere et legitime solvere teneri prememorato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet decem septem denarios Lausannenses novorum census, de quibus solvere consuevit nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum hospitali Melduni, videlicet sexdecim denarios Lausannenses novorum, et ipso prelibato domino nostro unum denarium predictae monete annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Apostoli in cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem [manibus] perpetue persolvendos.

Item magis, tenere confitetur ut supra ipse prenomminatus recognoscens nominibus quibus supra pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro et suis premissis tam de bonis predictis quam de bonis que antiquitus fuerunt Richardi Grinjoz, videlicet jus suum cum suis parcionariis furni de Chavanes, pro quo furno seu jure ipsius furni debere et legitime solvere teneri confitetur dictus supranominatus confitens nominibus premissis pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duci et suis ut supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum quarteronum cum dimidio et quartum unius quarteroni cum octavo alterius quarteroni frumenti ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos.

188v Item magis, tenere confitetur ut supra dictus recognoscens nominibus premissis pro se et suis quibus supra a prelibato domino nostro duce et suis predictis ut supra de bonis et nova recognitione Glaudii Giroz (=Girod, Girodi) et postremo per ipsum facta in manibus supradicti commissarii et per prius de bonis et recognitione quondam Anthonii et Johannis Frarem ? (is this an attempt at Ferrarii ?), videlicet res subscriptas,

Et primo, en la Curta Raye duas partes unius pose terre juxta terram Petri et Guydonis de Tecto a partibus orientali et occidentali, et terram que quondam fuit Nycodi Carrelli vacantem a parte boree.

Item, in Plano de Campo de la Brollyre (=Bioleyre ?) duas posas terre juxta terram Petri et Guydonis de Tecto et dicti confitentis a parte orientali, terram ipsius confitentis a parte occidentali, et terram que quondam fuit Anthonii Carrelli a parte boree, pro quibus rebus superius proxime confinatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomminatus recognoscens nominibus premissis pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet novem cupas avene ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni seu receptoris eiusdem qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit manibus persolvendas.

189 Item magis, tenere confitetur ipse prenomminatus confitens pro se et suis premissis et nomine quo supra a prelibato domino nostro Sabaudie etc. duce et suis quibus supra sub predicto suo homagio francho et censito de bonis alias per Mermetum Decimatoris de Montet prope Rotam recognitis in dicti Andree de Sollerio manibus et que per prius fuerunt de bonis Nycodi Veyre et Anthonii Carrelli de Chavanes supra Meldunum, ex empto per dictum confitentem facto a dicto Mermeto instrumento manu Rodulphi Decimatoris recepto et signato

17 mar 1489 laudato per Petrum *militis assertum procuratorem* ? Vuaudi instrumento per Johannem Nycati recepto 09 mar 1489 sub sigillo laudimi ? patrie Vuaudi (have the dates been reversed here ? – the purchase must precede the confirmation !), videlicet quandam peciam prati continentem unam seytoratam prati alias existentem in terram sitam in finagio de Chavanes loco dicto in Campo Martini juxta pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, iter publicum a parte venti, pratum dicti confitentis a parte orientali, et affrontat terre Petri filii Johannis Mochtet a parte occidentali, pro qua pecia prati supra proxime limitata et recognita debere et legitime solvere tenere confitetur dictus prenomminatus recognoscens suo et quo supra nominibus pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos denarios Lausannenses novorum, et prefato Domino Johanni de Blonay seu eius heredibus tanquam causam habenti ab heredibus prefati quondam Domini Anthonii Cornuti militi, videlicet unum obolum predictae monete census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus perpetue persolvendos, et hoc in exonerationem decem septem denariorum cum pyta dicte monete debitorum prelibato domino nostro et suis premissis, et sex denariorum debitorum heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti in precedenti extenta per dictum quondam Nycodum Veyre recognitorum.

189v Item, de eisdem bonis et recognicione quandam peciam prati continentem unam seytoratam vel circa alias in terram sitam in dicto loco de Campo Martini juxta pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, iter publicum tendentem a Melduno versus Rotam a parte occidentali, et pratum dicti Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a partibus boree et venti, pro quaquidem pecia prati superius proxime confinata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens nominibus premissis pro se et suis quibus supra prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres denarios cum obolo Lausannenses novorum census singulis annis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetue persolvendos.

190 Item magis, tenere confitetur ipse superius nominatus recognitus nominibus quibus supra pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra sub dicto homagio francho et censito de bonis alias recognitis in manibus quibus supra per Jacobum et Roletum de Tecto, Roletum Veyre, Francesiam et Agnetam filias quondam Johannis de Curia de Cabanis supra Meldunum, ex successione legitima dicti quondam Roleti Veyre, videlicet quartum unius seytorate prati situm in territorio de Nex juxta pratum Petri de Tecto ex occidente, terram Glaudii de Tecto et Agnete relicte Nycodi Excofferii ex vento, pratum Guydonis de Tecto, Glaudii de Tecto, et Agnetis relicte Nycodi Excofferii ex oriente, pratum dicti Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat ex borea.

Item, unam posam terre vel circa sitam loco dicto es Chagnes juxta terram dicti confitentis a partibus orientali et boree, quasdam terras seu geniperias Phillipi Pyn que fuerunt Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte occidentali, et senderium de Mollens a parte venti.

190v Item, quartam partem duarum posarum terre sitarum loco dicto en Plain pro indiviso cum Petro de Tecto, Guigone de Tecto (should be Guidone de Tecto ?), Glaudio de Tecto, et Agnete relicte Nycodi Escofferii juxta iter publicum a parte boree, et pascua communia de Chavanes a partibus orientali et venti, et terram seu geniperias Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali.

Item, loco dicto en Vertillieres quartam partem duarum peciarum terre contiguarum itinere intermedio pro indiviso ut supra, quarum Prima sita est juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Belaz a parte boree, et iter publicum a parte venti, Alia jacet ibidem prope juxta iter publicum a parte borea, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte occidentali, terram Johannis Aguens ? alias Mocket a parte orientali, et terram dicti confitentis a parte venti.

Item, en la Biolery quartam partem unius pose cum dimidie terre pro indiviso ut supra juxta terram Petri filii quondam Guilliermi Rapi a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Anthonie filie quondam Nycodi Cara vacantem a parte occidentali, iter de Mollens a parte boree, et juxta terram dicti confitentis a parte venti.

Item, quartam partem unius pose terre site in territorio de Bovarens pro indiviso ut supra juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte orientali, et terram heredum Glaudii Giroz vacantem a parte occidentali inferius, et quasdam terras vacantes hinc et inde, videlicet a partibus boree et venti.

191 Item, quartam partem unius pose terre nunc in nemus converse site in territorio de la Biollery subtus Ardra pro indiviso ut supra juxta terram heredum quondam Anthonii Frarerii (=Ferrarii) a parte boree, et terram dictorum confitencium a parte venti, alios vero limites ignorat, pro quibus rebus superius proxime limitatis et recognitis debere et solvere legitime teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens nominibus quibus supra pro se et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duci et suis predictis facta prius debita equancia per certos probos ad hec deputatos et electos cum Petro, Guydone, et Glaudio de Tecto, et Agneta relicta Nycodi Excofferii, videlicet unam cupam cum dimidia et unum quarteronum avene reffetos ad mensuram Melduni annis singulis per dictum confitentem nomine premissis in cuius supra castellani Melduni manibus seu receptoris eiusdem termino predicto festi Sancti Andree Appostolli perpetue persolvendos.

Item magis, tenere confitetur ipse prenomminatus recognoscens suo et quo supra nominibus pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet jus et usum suum nemorum, pascuorum communium, viarum publicarum seu itinerum publicorum, aquarum decursuum existencium et sitorum in confinibus de Chavanes vel tamen prope pro indiviso cum suis consortibus.

Item, debere et legitime solvere teneri confitetur supramemoratus confitens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet omnia usagia communia veluti focagium, gerbam, corvatam, caponeriam, et omnia alia usagia contenta et comprehensa in recognicione communitatis de Chavanes.

191v Item magis, debere et legitime solvere teneri confitetur idem confitens superius sepenominatus suo et quo supra nominibus pro se et suis quibus supra prelibato domino nostro et suis quibus supra, videlicet tres denarios cum quarto unius oboli Lausannenses novorum anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli, quos tres denarios et quartum unius oboli monete predictae solvere consuevit dictus confitens ut supra nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum Domino Johanni de Blonay tanquam causam habenti a prefato Domino Anthonio Cornuti militi ut supra, et hoc ratione cuiusdam semitis sive transitus tendentis a domibus illorum de Tecto versus Fontem de Subtus et tamen nunc videri non potest.

Item magis, tenere confitetur dictus Petrus recognoscens suo et quibus supra nominibus pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis ex abbergamento sibi noviter facto in presenti extenta, videlicet sex posas tam terre quam nemoris sitas en la Periry ? sive en la Planchy juxta terram ipsius confitentis, Petri Belaz, et Phillipi Pyn de Melduno ex oriente, campum Francesie filie quondam Petri Udreil ? uxoris Johannis de Mont de Melduno, terram sive nemus dicti confitentis, Guydonis de Tecto, et Mermeti Belaz ex borea, nemus prelibati illustrissimi domini nostri vocatum du Devens ex occidente, nemusque eiusdem domini nostri ex vento.

192 Item, quinque posas sitas loco dicto en Fay juxta campum dicti confitentis, Guydonis, et Petri de Tecto, Humberti Millet alias Moctet, et Petri Belaz ex oriente, nemus eiusdem domini nostri ducis ex oriente et borea, pratum eiusdem confitentis ex occidente, et pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat et terram dicti Petri Veyre confitentis a vento, pro quibus debere et legitime solvere teneri confitetur prenominatus confitens nominibus quibus supra pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos solidos Lausannenses novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetuo presolvendos, witnesses Venerabilis Dominus Johannes Crepini (=Crespy, Crespin) jurisperitus, Petrus Davidis, et Guilliernus Savarini clericus.

193 **Rodulphus Veyre alias habitatoris Melduni**, 25 ? (vigesima quinta quinta) may 1493, confitetur solemniter et tanquam in iudicio si esset publice ac manifeste recognoscit se et suosque predictos esse, velleque esse, et esse debere ac eius predecessores fuisse et eius liberos natos et nascituros per singulas nasciones naturales et legitimas ac ab eisdem descendentibus homines franchos et censitos prelibati illustrissimi domini nostri Sabaudie etc. ducis et suorum ab eodemque domino nostro et suis predictis tenere, velle tenere, et tenere debere ac possidere sub dicto homagio franco et censito in manibus Providi viri Andree de Sollerio quondam notarii dudum presencium extentarum commissarii, videlicet res et possessiones subscriptas,

193v Et primo, medietatem trium posarum terre sitarum loco dicto ou Ferradoz (=Ferrajoz) juxta terram Petri filii Roleti Veyre a parte orientali, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte occidentali, terram dicti Petri filii Roleti Veyre a parte boree, et terram Petri de Costel alias Belaz a parte venti.

194 Item, unam posam terre sitam en Durel alias en la Batallie juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, iter publicum a parte occidentali, terram Petri filii Roleti Veyre a parte boree, et terram Petri de Costel alias Belaz que fuit Johannis Paschiz et plurium aliorum quondam senderio intermedio a parte venti, pro quibus rebus supra prope limitatis et recognitis debere confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos denarios Lausannenses novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli ut supra solvendos in manibus cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem, et prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam prefati Domini Anthonii Cornuti militis, videlicet unum obolum dicte monete annuatim et termino predicto persolvendum, et hoc in exonerationem decem septem denariorum cum poysia Lausannensium novorum debitorum quondam Domino Anthonio de Vulliens seniori, et sex denariorum dicte monete heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti in precedenti extenta recognitorum per quondam Nycodum Veyre et Anthonium Carrelli. (The two sums last named here seem in fact to have been owed to the heirs of the *same* Dominus Anthonius Cornuti, in the respective prior reconnaissances by Nycodus Veyre and by Anthonius Carrelli, but phrased slightly differently in each reconnaissance.)

Item, quartam partem unius pose terre site in Plano Campo de la Biollery juxta terram Francesie filie Petri de Costel a parte occidente, terram heredum quondam Mermeti Regis modo in geniperias reductam a parte orientali, viam publicam de Mollens a parte boree, et affrontat Campis de la Combaz a parte venti.

194v Item, quartam partem dymidie pose terre site in Grossis Petris alias en Pieres Bessies juxta terram heredum Glaudii Girodi a parte orientali, terram Petri filii Roleti Veyre a parte occidentali et eciam a parte venti, et juxta terram heredum Glaudii Girodi a parte boree.

Item, quartam partem sexte partis duarum posarum terre sitarum in Calce juxta terram Petri filii Nycodi Veyre que fuit heredibus quondam Anthonii Magnini a parte orientali, et terram Petri Veyre a parte occidentali, terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit Johannis Paschyz alias Vuepaz a parte boree, pro quibus rebus et possessionibus superius proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus supranominatus recognoscens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum bichetum avene reffectum ad mensuram Melduni et unum denarium cum poysia Lausannensem novorum census et hoc in exonerationem duarum cuparum avene reffectarum et quatuor denariorum cum obolo et poysia dicte monete in precedenti extenta per dictos quondam Nycodum Veyre et Anthonium Carrelli recognitorum et recognitarum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti supramemorati castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos, dicens et asserens idem prenomminatus recognoscens quod si se teneret et faceret focum in rebus prelimitatis et prerecognitis, teneretur prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis ad focagium, gerbam, caponem, corvatam, et cetera usagia in recognicione communitatis de Chavannes contenta et descripta.

195 Item, tenere confitetur prenominatus confitens pro se et suis ut supra a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis, videlicet unam posam terre sitam loco dicto es Terroux juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, terram Petri filii quondam Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali, et affrontat prato Glaudii de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, et juxta terram Petri Veyre et Petri filii Jacobi de Tecto a parte venti.

Item, quartam partem quarte partis nemoris sui de Riombos continentem unam posam cum dymidia terre que dividitur cum suis pareriis, limites tamen ignorat.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en Riombos juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte venti, terram Petri filii Vulliermi (=Guilliermi) Rapyt a parte boree, terram Petri de Costel alias Belaz que fuit Johannis Paschiz alias Vuepaz a parte orientali, et juxta terram Guydonis de Tecto a parte occidentali, pro quibus rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor denarios cum obolo Lausannenses novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendos, et hoc in exonerationem viginti duorum denariorum cum obolo dicte monete pridem per dictos quondam Nycodum Veyre et Anthonium Carrelli in precedenti extenta recognitorum, et qui viginti duo denarii cum obolo debere solent ante presentem extentam heredibus quondam Domini Anthonii de Vulliens et modo debentur prelibato illustrissimo domino nostro duci, actum ut supra presentibus quibus supra.

196v Humbertus filius quondam Johannis Milliet alias Mocket de Chavanes supra Meldunum facta per Petrum Davidis nomine ipsius Humberti, 25 may 1493, Petrus Davidis agens recognoscens et confitens in hac parte vice nomine et ad opus predicti Humberti filii quondam Johannis Milliet alias Mocket de Chavanes supra Meldunum, de bonis suis paternis alias per dictum quondam Johannem Millet alias Mocket eiusdem confitentis quondam patrem recognitis in manibus quondam Providi viri Andree de Sollierio notarii et dudum presencium extentarum commissarii et que per prius fuerunt et processerunt de bonis Jaquete relicte quondam Petri Mocket de Chavanes ex successione paterna, videlicet res et possessiones (=possessiones) infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Chavanes,

197 Et primo, medietatem duarum posarum terre sita in territorio de Voloutier juxta aliam medietatem dictarum duarum posarum terre quam tenet Agnes uxor Johannis Chinaul de Turre de Peil prope Viviacum a parte boree, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum Anthonii de Curia a parte occidentali, pratum Petri Veyre a parte orientali, et planchiam dicti recognoscentis a parte venti.

Item, quintam partem unius pecie terre seu planchie et nemoris continentem duas posas sitas in territorio de la Rossery juxta nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a parte occidentali, nemus hospitalis Melduni a partibus orientali et boree, et planchiam Francesie filie quondam Petri de Costel a parte venti.

197v Item, tres partes quinte partis unius seytorate prati site in Voloutier juxta pratum dicti confitentis ex una parte, et juxta pratum dicti Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a partibus occidentali et venti.

Item, ibidem sextam partem unius pose terre site juxta nemus prelibati domini nostri ducis a partibus *orientali* et boree, pratum dicti recognoscentis supra proxime confinatum a parte *orientali*, et quandam planchiam dicti recognoscentis a parte venti. (One of the *orientali* should probably be *occidentali*.)

Item, quintam partem pro indiviso cum Glaudio Murisat unius pecie prati continentem circa unam seyaturatam prati sitam loco dicto en Pra Dym Dyn (sic – should be Pra Dyn) juxta pratum Petri Veyre a partibus venti et occidentali, pratum Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte boree, et pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte orientali.

Item, tres partes quinte partis unius pecie prati continentis unam falcatam prati sitam in Plano dou Chanoz juxta pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii a parte orientali, pratum dicti recognoscentis a partibus occidentali et boree, et pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, tres partes quinte partis unius pecie prati continentis dymidiam falcatam prati sitam subtus Chavanes juxta pratum dicti recognoscentis a parte orientali, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte boree, et pratum Petri de Tecto et plurium aliorum a parte venti.

198 Item, tres partes quinte partis unius falcate prati site en Agrineir juxta pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii quod fuit liberorum quondam Johannes de Curia a parte orientali, pratum dicti recognoscentis a partibus occidentali et venti, et pratum dicti Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, tres partes quinte partis unius ochie continentis unam fossoratam en Cheneveres juxta pratum dicti recognoscentis superius ex occidente, pratum Petri filii quondam Guillierni Rapis a parte venti, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat inferius a parte orientali, et pratum Petri de Costel alias Bellaz a parte boree.

Item, tres partes quinte partis unius morselli prati siti in territorio subtus Benyery juxta pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte orientali, pratum Petri de Costel quod fuit Johannis Paschyz et plurium aliorum a parte boree, pratum Petri Veyre a parte venti.

Item, tres partes quarte partis trium posarum nemoris sitarum in Rotondo Nemore juxta nemus hospitalis Melduni a parte boree, nemus dicti recognoscentis a partibus venti et orientali, et terram predicti recognoscentis a parte occidentali, pro quibus rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur idem prenomatus confitens nomine quo supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor denarios cum obolo Lausannenses census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendos, quos vero solvere soliti sunt nomine prelibati domini nostri ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam

causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militi vigore quorundam pactorum habitarum inter inclite recordacionis *Illustrissimi Domini Ludovici* (should be *Illustrissimum Dominum Ludovicum*) de Sabaudia dominum Vuaudi et prefatum Dominum Anthonium Cornuti sub potestate pro parte ipsius Domini Ludovici imperpetuum reddimendi ut in lictera a prelibato Illustrissimo Domino Ludovico emanata continetur ut in precedentibus extentis mencio habetur.

198v Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duce de bonis predictis, res sequentes,

Et primo, tres partes trium posarum terre sitarum en Voloutier juxta ortum dicti confitentis a parte orientali, pratum Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali, terram dicti recognoscentis a parte venti, et affrontat nemori hospitalis Melduni a parte boree.

Item, tres partes duarum falcatarum prati sitarum en Voloutier juxta pratum dicti recognoscentis a parte orientali, terram dicti recognoscentis a partibus boree et occidentali, et pratum Petri de Tecto et Petri de Costel alias Belaz quod fuit ecclesie de Mollens a parte venti.

Item, tres partes unius planchie continentis terciam partem unius pose site ibidem juxta pratum dicti recognoscentis supraconfinatum a parte (should be partibus) orientali et occidentali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte orientali, pratum quod fuit ecclesie de Mollens quod solet esse terra a parte venti, et affrontat terre dicti confitentis a parte boree.

199 Item, pro premissis rebus superius proxime confinatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus supranominatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos solidos et tres denarios Lausannenses novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendos quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti a prenominato Domino Anthonio Cornuti militi (should be milite, ablative case) vigore quorundam pactorum habitorum inter inclite memorie recordacionis *Illustrissimum Dominum Ludovicum* de Sabaudia dominum Vuaudi et Dominum Anthonium Cornuti sub potestate reservata quod prelibatus Dominus Ludovicus de Sabaudia et sui successores possint et valeant nunc et imperpetuum reddimere predictum censum ut in precedenti extenta mencio habetur.

Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis de bonis predictis sub predicto suo homagio francho et censito, res subscriptas,

199v Et primo, en Chavanyollaz tres partes dymidie pose terre juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, terram Francesie filie Petri de Costergio a parte occidente, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti

Cerjat a parte oriente, et affrontat terre dicti confitentis a parte boree, et itineri publico a parte venti.

Item, tres partes unius ochie continentis unam fossoratam sitam apud Chavanes juxta domum dicti confitentis a parte venti, ochiam Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte boree, iter publicum a parte orientali, et clausum Guydonis de Tecto a parte occidentali.

Item, en Fornet tres partes unius pose terre juxta terram Petri Rapis ex vento, terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit ecclesie de Mollens a parte boree, terram Petri Bellaz que fuit Johannis Paschiz alias Vuepa a parte occidentali, et affrontat terre Francesie filie Petri de Costel a parte orientali.

Item, tres partes unius morselli prati siti in Planchia dou Cheynoz juxta pratum ecclesie de Mollens quod solet esse terra a parte occidentali, pratum Petri filii Nycodi Veyre et plurium aliorum a parte orientali, pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte boree, et affrontat prato dicti Petri Veyre a parte venti.

Item, unum morsellum prati situm es Allues continentem quartum unius fossorate juxta terram Petri Veyre a parte occidentali, terram dicti recognoscentis a parte orientali, pratum heredum Uldrici de Curia et Anthonii Carrelli a parte venti.

Item, quartum unius morselli nemoris siti en Riombos juxta nemus hospitalis Melduni a parte boree, iter publicum a parte orientali, et nemus Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii quod fuit Johannis de Curia a parte occidentali.

200 Item, en Chavanyoles tres partes unius morselli prati juxta pratum dicti confitentis et suorum condvisorum a parte (should be partibus) venti et occidentali, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii quod fuit quondam Johannis de Curia a parte boree, et juxta pratum Petri Rapis a parte orientali, pro quibus rebus et possessionibus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur prenomminatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres partes decem denariorum cum obolo Lausannencium veterum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus perpetue persolvendas, et ulterius debere confitetur ut supra, videlicet tres partes trium denariorum cum poysia Lausannencium veterum quos solvere solitus est prefato Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis annuatim termino predicto persolvendos.

Item magis, tenere confitetur prenomminatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de bonis premissis sub predicto homagio francho et censito, res subscriptas,

200v Et primo, quandam domum sitam in villa de Chavanes juxta domum ipsius recognoscentis a parte boree, domum dicte Agnetis eius sororis que fuit quondam Johannis

Girodi a parte venti cum quadam curtina ante existente, ochiam ipsius recognoscentis et dicte Agnetis a parte occidentali, domum Guydonis de Tecto quadam reueta intermedia ex oriente.

Item, unum curtile nunc conversum in ochiam situm ibidem juxta carreriam publicam a partibus orientali et boree, terram Petri filii Roleti Veyre a parte occidentale, et juxta curtile dicti confitentis a parte venti.

Item, es Alues unam fossoratam prati juxta pratum dicti recognoscentis superius limitatum a parte occidentali, pratum Clemencie filie Johannis Gerlaz ? (=Herbaz !) a parte orientali, et pratum Uldrici de Curia a parte venti.

Item, unam peciolam prati sitam in Secheron juxta pratum Petri de Tecto quod fuit dicti Glaudii Murisat a parte orientali, pratum Petri filii quondam Roleti Veyre a parte occidentali, pratum Johannis Paschyz alias Vuepaz a parte boree, et pratum Petri Veyre et plurium aliorum a parte venti.

Item, unam posam terre sitam en Bovanens juxta terram Petri Rapit a parte boree, terram dicti confitentis a partibus orientali et venti, et juxta terram Petri Rapit a parte occidentali.

Item, tres partes unius pecie terre continentis duas partes unius pose terre site en Biolles juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, pratum Petri Belaz que fuit Jaqueti Malley a parte occidentali, et terram Francesie filie Petri de Costel a parte boree.

Item, tres partes unius pecie terre continentis duas partes unius pose terre site supra Montem juxta terram Phillipi Pyn que fuit heredibus quondam Anthonii Carrelli a parte orientali, viam publicam tendentem apud Mollens a parte venti.

201 Item, dymidiam posam terre sitam en Plans juxta terram dicti recognoscentis a parte occidentali, terram Petri de Tecto a parte orientali, viam publicam a parte venti, et terram Petri de Costel alias Bellaz a parte boree.

Item, loco dicto de Stanno es Chyntres de Plan tres partes medietatis dymidie seyturate prati juxta pascua communia a parte orientali, terram Petri et Guydonis de Tecto a parte occidentali, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte boree, et carreriam publicam a parte venti.

Item, unam posam terre sitam eu Durel juxta terram Petri de Tecto a parte boree, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti, et terram Petri de Costel alias Belaz que fuit Johannis Paschiz alias Vuespaz a parte orientali, et iter publicum a parte occidentali.

Item, dymidiam posam terre sitam en la Combeta juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit quondam Johannis de Curia a parte venti, terram dicti confitentis a parte orientali, et juxta terram Guydonis de Tecto a parte occidentali.

Item, supra Fayam duas partes unius pose terre juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte orientali, terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit Jacobi Pyn clerici de Melduno a parte occidentali, et nemus prelibati domini nostri ducis Sabaudie etc. a parte boree, et juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti.

201v Item, dymidiam posam terre sitam en Fornet juxta terram Guydonis de Tecto a partibus venti et orientali, terram Petri Rapi a parte boree, terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit Johannis Paschiz a parte occidentali.

Item, dymidiam posam terre sitam en Champz Martin juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte boree, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, nemus prelibati illustrissimi domini nostri a parte occidentali, et terram Humberti filii Johannis Moctet a parte venti.

Item, dymidiam posam terre cum prato ibidem contiguo sitam en Volentier (=Volotier) juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii a parte occidentali, terram dicti confitentis a partibus orientali, et boree terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte venti.

Item, medietatem duarum posarum nemoris sitarum in territorio de Lessert juxta nemus dicti confitentis a parte boree, terram seu nemus heredum Glaudii Girodi a parte venti, alios vero limites ignorat.

Item, tres partes medietatis unius pose terre site ibidem juxta nemus proxime limitatum a parte orientali, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte occidentali, pratum Guydonis de Tecto a parte venti, et nemus dicti recognoscentis a parte boree.

Item, tres partes duarum posarum terre sitarum en Volentier (=Volotier) in duabus peciis, quarum Prima est juxta nemus dicti confitentis a parte orientali, terram eiusdem recognoscentis a parte occidentali, nemus hospitalis Melduni a parte venti nunc tamen reducta in nemus, Aliam vero peciam tenet dicta Agnes.

202 Item, tres partes medietatis unius seyturate prati site en Chesaul juxta terram Petri de Costel alias Bellaz a parte occidentali, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii quod fuit heredibus Johannis de Curia a parte orientali, pratum Petri de Costel alias Bellaz quod solet esse nemus a parte boree, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii quod fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti.

Item, tres partes medietatis unius peciola prati site en Vaciouz alias en Girssaleir continentem dymidiam seyturatam prati juxta pratum dicte Agnetis a parte venti, viam publicam a parte boree, pratum seu clausum Petri Veyrie a parte orientali, et pratum Petri filii Guilliemi Rapi a parte occidentali.

Item, tres partes medietatis unius pecie prati continentis circa dimidiam falcatam prati sitam en Chavanyolles juxta pratum ecclesie de Mollens a parte venti, terram Petri Bellaz alias de Costel que fuit Johannes Paschiz a parte boree, terram Petri Veyre a parte orientali, et clausum Francesie filie Petri de Costel ex occidente, et partitur ad rubat cum Nobili Humberto Cerjat.

Item, unam posam terre sitam in territorio de Bachet juxta terram dicti recognoscentis a partibus orientali et occidentali terram Guydonis de Tecto a parte venti, et terram Petri de Costel alias Bellaz a parte boree, pro quibus vero omnibus et singulis rebus et possessionibus superius proxime limitatis et recognitis dictus ut supra nominatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres partes quinque solidorum oboli poysie Lausannencium novorum census anno singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit persolvendos quos solvere consuevit dictus confitens nomine ipsius prelibati domini nostri ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis annuatim termino predicto.

202v Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis quibus supra a prefato domino nostro duce et suis quibus supra sub dicto homagio francho et censito de bonis et recognicione predictis et que per prius fuerunt de recognicione quondam Johannis Mollex de Chavanes, videlicet unam posam cum dymidia terre sitam en Bovanens juxta communia dicte ville de Chavanes a parte venti, terram dicti confitentis a partibus boree et orientali, et pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii quod fuit quondam Johannis de Curia a parte occidentali, pro quaquidem posa cum dimidia terre supra proxime ultimo limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis et nomine quo supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos solidos Lausannenses veteres annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus cuius supra persolvendos, quosquidem duos solidos solvere soliti sunt nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum Nobili Johanni de Blonay causam habenti ab heredibus Domini Anthonii Cornuti militis ut supra termino predicto.

203 Item, tenere confitetur ut supra dictus confitens nomine quo supra ab eodem prelibato domino nostro et suis, videlicet de eisdem bonis medietatem quarte partis unius seyturate prati site in Plano dou Chanoz juxta pratum Petri Veyre a parte orientali, terram ecclesie de Mollens a parte boree, terram Petri Veyre a parte venti, et pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, pro qua medietate quarte partis dicte pecie sive ? seyturate prati debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomminatus confitens nomine quo supra pro se et suis quibus supra prelibato domino nostro duci et suis premissis, videlicet unum obolum Lausannensem veterum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus perpetue persolvendum, et prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a quondam Domino Anthonio Cornuti militi (should be milite), videlicet unum alium obolum Lausannesem veterem census annuatim termino predicto persolvendum.

203v Item ulterius, debere confitetur idem supranominatus recognoscens nomine quo supra pro se et suis premissis prelibato domino nostro duce (should be duci) et suis quibus supra pro sufferta homagii jam diu imposita, videlicet unum denarium Lausannensem novum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendum in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus confitens nomine premissis a prememorato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra in feudum ut supra subque dicto homagio francho et censito de bonis predictis, res et possessiones subscriptas,

Et primo, domum suam sitam in villa de Chavanes juxta domum ipsiusmet recognoscentis a parte venti, vigultum dicti confitentis a parte boree, et domum dicti Guydonis de Tecto quadam rueta intermedia a parte orientali, cum curia eiusdem recognoscentis ibidem existente a parte venti.

Item, tres partes unius ochie continentis unum fossoratam sitam in territorio de Crosa juxta viam publicam de Crosa a parte orientali, iter publicum a parte boree, et clausum dicti Guydonis a parte venti.

Item, in Campo Martini dimidiam posam terre juxta terram dicti confitentis a parte boree, iter publicum a parte venti, pratum Petri de Veyre quod fuit Mermeti Dymiere a parte orientali, et juxta nemus prelibati domini nostri ducis a parte occidentali.

204 Item, tres partes unius pecie terre continentis terciam partem unius pose terre site en Cuart alias en Crochet juxta terram Petri Veyre a parte venti, viam publicam a parte boree, terram Petri de Costel alias Belaz que fuit Johannis de Tecto a parte occidentali, et juxta terram dicti confitentis et Mermeti de Costel a parte orientali.

Item, ibidem loco dicto en Perier sive en Cristinet terciam unius pose terre juxta terram Petri Veyre a parte boree, terram Petri de Tecto a parte occidentali, viam publicam a parte venti, et terram heredum Roleti de Tecto a parte orientali, pro quibus rebus supra novissime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur prenominatus recognoscens nomine premissis pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres partes quinque solidorum unius denarii cum obolo et poysia Lausannencium novorum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni manibus seu eiusdem receptoris presentis et futuri persolvendos, quos vero solvere soliti sunt nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis,olvereque debent prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus Domini Antonii Cornuti militis ut supra termino predicto..

204v Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus confitens nomine quo supra pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de predictis bonis,

Primo, unam posam cum dimidia terre sitam in territorio de la Biolleyre juxta semitam de Mollens a parte boree, terram Petri Veyre a parte venti, terram Guydonis de Tecto que fuit

Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, et juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali.

Item, de eiusdem bonis et que per prius fuerunt de recognicione Coliodi (=Nicoliodi ? – but see below, Conodi) Carrelli duas partes unius pose terre site ou Rionsier juxta terram Petri Rapi et Guidonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat ex oriente, et nemus dou Devens a parte occidentali.

Item, tres partes unius pose terre site supra Montem juxta terram Petri filii Johannis filii quondam Anthonii de Costel ex occidente, terram heredum Glaudii Giroz a parte orientali, semitam de Mollens a parte venti.

Item, in Petris Grossis alias en Pierres Biesses unam posam cum dimidia terre juxta terram heredum Conodi Carrelli a parte orientali, terram seu nemus prelibati illustrissimi domini nostri quod vel que fuit Johannis Morelli a parte occidentali, alios vero limites ignorat, pro quibus rebus superius novissime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus recognoscens nomine premissis pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres partes octo cuparum avene reffectarum ad mensuram Melduni, et duodecem denarios Lausannenses novos annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos.

205 Item magis, tenere confitetur ipse supradictus recognoscens nomine premissis pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra in feudum ac directo feudi dominio ipsius prelibati domini nostri et suorum de bonis predictis et sub dicto homagio francho et censito, videlicet unam posam terre sitam ou Mollier juxta terram Petri Veyre a parte orientali, terram Francesie filie Petri de Costel a partibus occidentali et venti, et juxta terram Guydonis de Tecto a parte boree.

Item, tres partes unius pose terre site in Campo de Stanno alias en Pontoux juxta terram Petri Veyre que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, communia de Chavanes a parte orientali, nemus communitatis de Chavanes a parte boree, et juxta terram Petri Rapi a parte venti, pro quibus rebus superius proxime limitatis et recognitis prenominatus recognoscens nomine premissis pro se et suis premissis debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres partes duorum solidorum et duorum denariorum cum obolo Lausannencium novorum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni presentis et futuri aut receptoris eiusdem [manibus] persolvendos.

205v Item magis, tenere confitetur idem sepepeminatus recognoscens nomine premissis pro se et suis premissis a presepepeminato domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet jus et usum suum nemorum, pascuorum communium, rasparum, itinerum publicorum, et aquarum decursuum sibi pertinencium in territorio et confinio de Chavanes pro indiviso cum suis comparacionariis et consortibus, et ulterius ad omnia alia usagia ad que communitas dicte ville de Chavanes tenetur recognoscere et prout jam recog[no]vit, witnesses Venerabilis vir Johannes Crepi jurisperitus de Melduno, Petrus filius quondam Nycodi Veyre, et Guiliermus Savarin.

206v **Petrus filius Johannis de Costel alias Belaz de Chavanes**, 25 jun 1493, de bonis suis paternis alias per Johannem filium quondam Anthonii de Costel alias Bellaz eius quondam patrem recognitis in manibus Egregii Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii, videlicet res et possessiones sequentes,

207 Et primo, tres partes duarum posarum terre sitarum retro Montem juxta terram dicti confitentis a parte occidente, terram eiusdem confitentis a parte orientali, iter seu senderium de Mollens a parte boree, et affrontat terre Glaudii Girodi a parte venti.

207v Item, in Grossis Petris seu en Pierres Bessies unam posam terre juxta terram Petri filii Nycodi Veyre a parte (should be partibus) orientali et boree, terram de Ardra a parte venti, et juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidente.

Item, loco dicto en Grant Champ de la Biolleyre tres posas terre juxta terram Humberti Mocket a parte orientali, terram Petri Veyre et Petri Rapi a parte occidentali, iter de Mollens a parte boree, et affrontat terre Petri Veyre a parte venti.

Item, en Chavanes unam posam terre juxta terram Humberti filii Johannis Mocket a parte orientali, iter de Mollens a parte venti, et affrontat terras quibusdam vacantibus a parte boree.

Item, ibidem unam posam terre juxta terram Petri filii Roleti Veyre a parte occidentali, terram Petri filii Guilliemi Rapi a parte orientali, iter de Mollens a parte venti, et affrontat terre Humberti Mocket a parte boree.

Item, subtus Biolles dimidiam posam terre juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Humberti Cerjat a parte occidentali, terram Francesie filie Petri de Costel et Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte (should be partibus) orientali et venti, et affrontat terre Petri Veyre a parte boree, pro quibus rebus superius proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet novem cupas avene reffectas ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem perpetue [manibus] persolvendas.

208 Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis quibus supra a prememorato domino nostro duce et suis quibus supra de eisdem bonis, videlicet duas posas terre sitas retro Montem seu Entrelemont juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat et terram eiusdem Guydonis de Tecto a parte orientali, terram dicti confitentis supraconfinatam a parte occidentali, iter publicum de Mollens a parte boree, et terram heredum Girodi a parte venti, pro quibus duabus posis terre supra ultimo loco confinatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet sexdecem denarios Lausannenses novos annis singulis perpetue termino premissis festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem [manibus] persolvendos.

Item, unam posam terre sitam in territorio de Calce juxta terram heredum Anthonii Magnyn a parte orientali, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali, rivum de Escorchycul a parte venti, et affrontat terre Phillipi Pyn que fuit Anthonii Carrerlli et terram dicti confitentis que fuit Johannis Paschiz a parte boree, pro qua posa supra proxime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur dictus ut supra nominatus confitens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet novem denarios cum obolo Lausannenses veteres census anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri sive reptonis (=receptoris) eiusdem perpetue persolvendos.

208v Item magis, tenere confitetur supra nominatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de eisdem bonis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Clemencie filie quondam Johannis Gerbaz (=Herbaz) de Chavanes, videlicet unum morsellum nemoris situm in Rotondo Nemore juxta suos confines quos propter diversitatem loci ignorat, pro quoquidem morsello nemoris supra novissime recognito debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duci (should be duce) et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet septem denarios Lausannenses novos anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri sive receptoris eiusdem persolvendos, et hoc in exoneracionem sexdecim denariorum monete predictae de antiquo reddito et duorum denariorum Lausannencium novorum de sufferta homagii in precedenti extenta mencionate racione bonorum recognitorum per quondam Clemenciam filiam Johannis Herbaz, quosquidem septem denarios census predicti idem confitens prenomminatus solvere consuevit Nobili Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus Nobilis Quondam Anthonii Cornuti militis ut supra termino predicto.

Item, tenere confitetur ut supra prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt de recognicione et bonis quondam Johannis Malley, videlicet unam posam terre sitam subtus loz Montellier juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, communia de Chavanes a parte orientali, quoddam senderium a parte venti, et affrontat terre Petri de Tecto et pluribus contors a parte boree.

209 Item, et pro qua debere confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis predictis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres denarios cum poysia Lausannenses veteres anno quolibet termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti sepenominati castellani Melduni persolvendos, de quibus tamen solvere consuevit prefato Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis, videlicet unam poysiam dicte monete ut supra termino predicto perpetue persolvendam, et ulterius debere confitetur ipse prenomminatus confitens pro se et suis predictis prelibato domino nostro et suis quibus supra ultra predicta omnia usagia communia in recognicione communitatis de Chavanes contenta et descripta, scilicet focagium, caponem, gerbam, corvatam, necnon et calvacatam (=cavalcatam) etc.

Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt tam de bonis et recognicione quondam Conodi Carrelli de Chavanes quam Johannete uxoris sue, res subscriptas,

Et primo, unam posam terre sitam en Ferrajoz juxta terram dicti confitentis que fuit Johannis Paschiz alias Vuespaz a parte occidentali, terram Petri Veyre a partibus orientali et venti, et juxta terram dicti confitentis a parte boree.

209v Item, medietatem duarum posarum terre sitarum en Bovarens juxta terram Humberti filii Johannis Moctet a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte occidentali, terram Petri filii Guilliermi Rapi a parte venti, et juxta terram Petri filii Roleti Veyre a parte boree.

Item, supra Fayam duas posas terre juxta terram dicti Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidenali, terram Humberti Moctet a parte orientali, nemus prelibati illustrissimi domini nostri a parte boree, et terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en Vertillieres juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte orientali, terram Guydonis de Tecto a parte occidentali, iter publicum a parte boree, et juxta terram eiusdem Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, loco dicto en la Beuma ? (many possible solutions, five identical minims in the middle of the word) unam posam cum dymidia fossorata terre juxta iter publicum a parte occidentali, clausum Humberti Mocte[t] a partibus orientali et boree, et juxta pratum dicti confitentis a parte venti, pro quibus vero rebus et possessionibus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet octo denarios cum obolo Lausannencium novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti andree Appostolli in dicti castellani Melduni manibus seu receptoris eiusdem persolvendos, quos tamen solitus est solvere nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum predicto Domino Johanni de Blonay uti causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis, et hoc in exonerationem viginti denariorum Lausannencium novorum pridem in precedentibus extensis per quondam Conodum Carrelli de Chavanes recognitorum.

210 Item magis, tenere confitetur dictus ut supra prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet medietatem tercie partis unius pose terre site loco dicto en Crochet divise cum Mermeto filio quondam Anthonii de Costel alias Belaz juxta terram dicti confitentis a parte venti, viam publicam a partibus boree et occidentali, et affrontat terre eiusdem confitentis ex oriente, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet unum obolum monete Lausannensis ut supra annis singulis perpetue termino predicto festo Sancti Andree Appostolli in

manibus cuius supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem perpetue persolvendos.

210v Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra in feudum ut supra subque dicto homagio franco et censito de bonis predictis et que per prius fuerunt de bonis quondam Petri Paschy et Anthonii Carrelli, res et possessiones infrascriptas,

Et primo, unam ochiam continentem unam fossoratam terre sitam in territorio de Crosa juxta iter publicum a parte occidentali, terram Francesie filie Petri de Costel a parte boree, occhiam Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, occhiam Glaudii de Tecto a parte venti.

Item, medietatem unius pose terre site en Durel juxta terram que solet esse Petri Rapyt a parte orientali, affrontaciones plurium camporum a parte occidentali, iter publicum a parte boree, et juxta terram dicti confitentis que fuit Johannes Paschy a parte venti.

Item, medietatem unius pose terre site in territorio de Riombos loco dicto en Vaucyngnyerey juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannes de Curia a parte orientali, nemus dicti confitentis quod fuit Johannes Paschy, Phillipi Pyn, et Anthonii Carrelli a parte occidentali, et affrontat nemori hospitalis Melduni a parte boree, et nemori Phillipi Pyn quod fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno domicelli a parte venti.

Item, medietatem quarte partis duarum posarum nemoris sitarum in territorio Riombos juxta nemus hospitalis Melduni a parte (should be partibus) occidentali et boree, et nemus Petri Rapyt ex oriente, pro quibus rebus et possessionibus supra novissime limitatis et recognitis dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis ut supra debere et legitime teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sex denarios Lausannenses novos annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus presolvendos, quos vero sex denarios monete predictae solvere consuevit dictus confitens nomine prelibati domini nostri ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a prememorato Domino Anthonio Cornuti milite, et hoc in exonerationem sexdecim denariorum cum obolo eiusdem monete tam per ipsius recognoscentis patrem, quam Johannem Paschy alias Vuespaz debitorum in precedenti extenta per quondam Petrum Paschyz et Anthonium Carrelli recognitis, super quibus vero rebus et possessionibus ultimo et penultimo limitatis Phillipus Pyn burgensis Melduni percipit annuatim ultra censum predictum de pensione annuali, videlicet tres cupas et unum bichetum frumenti ad mensuram Melduni et quatuor denarios bonos Lausannenses, quam pensionem prenomminatus Phillipus Pyn in presenti et precedenti extentis a prelibato illustrissimo domino nostro duce tenere confessus fuit et confitetur.

211 Item magis, tenere confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis in feudum ut supra et sub predicto suo homagio de bonis et recognicione predictis et que per prius fuerunt de recognicione quondam Conodi Carrelli, videlicet medietatem tercię partis unius pose terre site

loco dicto en Crochet alias en Cuart juxta terram Mermeti filii Anthonii de Costel a parte venti, iter publicum a partibus boree et occidentali, et affrontat terre dicti recognoscentis et Francesie filie Petri de Costel a parte orientali, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur dictus ut supra nominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum obolum Lausannensem novum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in dicti castellani Melduni manibus sive receptoris eiusdem persolvendum.

211v Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis ut supra, videlicet de bonis predictis que quondam fuerunt et processerunt de bonis Conodi Carrelli de Cabanis, videlicet terciam partem unius pose terre site loco dicto sur loz Mont alias ou Ferrajoz juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, terram Francesie filie Petri de Costel a parte occidentali, senderium de Mollens a parte boree, et affrontat terre Petri de Tecto et Mermeti de Costel a parte venti, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenominatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sex denarios cum pyta (=picta) Lausannenses census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendos, quos tamen solvere consueverunt nomine prelibati domini nostri ducis Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis ut supra annis singulis.

212 Item ulterius, debere confitetur ipse prenominatus recognoscens pro se et suis ut supra prelibato illustrissimo domino nostro et suis ut supra, videlicet focagium, gerbam, et caponem, ceteraque omnia usagia contenta et descripta in recognicione communitatis de Chavanes.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus confitens pro se et suis quibus supra a memorato domino nostro et suis ut supra, videlicet jus et usum suum pascuorum, nemorum communium, iterum publicorum, et aquarum decursuum sibi pertinentem sitorum et existencium in territorio et confinio de Chavanes pro indiviso cum suis parerii et consortibus.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenominatus recognoscens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro Sabaudie etc. duce et suis quibus supra de bonis et recognicione Johannis filii quondam Petri Paschyz alias Vuespaz et per ipsum Johannem Paschyz novissime in manibus Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris novissime recognitis, et ex empto per ipsum confitentem facto a Phillipio Pyn instrumento recepto per Egregium virum Johannem Crepini de Melduno die Lune ante festum Resurrexionis Domini 1493 laudato in presenti extenta per me dictum commissarium, videlicet res et possessiones subscriptas sub predicto suo homagio francho et censito,

212v Et primo, dymidiam posam terre sitam in territorio de Calce pro indiviso pro medietate cum Petro Davidis pro alia medietate juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, terram Petri filii Roleti Veyre a parte occidentali, terram dicti Petri Davidis a parte boree, et affrontat terre Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur jamsepenominatus recognoscens

pro se et suis premissis ut supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor denarios cum obolo Lausannenses veteres census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in dicti castellani Melduni manibus seu receptoris eiudem persolvendos, facta tamen debita equancia cum Petri Davidis, quos vero quatuor denarios cum obolo monete predictae solvunt et solvere consuevit dictus prenominatus recognoscens nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis ut supra solvendos.

213 Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenominatus recognoscens unam posam nemoris que solebat esse terre de predictis bonis sitam in territorio de Riombos loco dicto en Vagnyerez pro indiviso ut supra juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno et dictorum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte occidentali, nemus hospitalis Melduni a parte boree, et affrontat terris seu geniperiis Petri Davidis a parte venti.

Item, medietatem quarte partis duarum posarum nemoris pro indiviso ut supra sitarum in territorio de Riombos juxta nemus hospitalis Melduni a partibus orientali et boree, nemus Petri filii Guilliemi Rapi a parte orientali, et nemus dicti Petri Davidis a parte venti, et inde debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo facta prius equancia cum Petro Davidis, Phillipo Pyn, et Mermeto filio quondam Anthonii de Costel, videlicet unum denarium cum obolo Lausannensem census, quem censum solvere solitus est nomine prelibati domini nostri ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi ut supra causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis.

213v Item magis, tenere confitetur prenominatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra in feudum et sub dicto suo homagio francho et censito de bonis alias in cuius supra manibus, scilicet Andree et Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii recognitis per Johannetam uxorem Johannis de Servion de Melduno domicelli filiamque quondam Johannis Pictet de Rotondomonte, et ex empto per dictum confitentem facto a Phillipo Pyn instrumento recepto per Egregium virum Dominum Johannem Crepi jurisperitum de Melduno die Lune ante festum Resurreccionis Domini 1493 laudato per me dictum commissarium in *precedenti* (presumably, this should be *presenti* !) extenta, videlicet terciam partem unius pose terre site en la Corraye ? juxta terram Petri de Tecto que fuit dicti Johannis Paschyz a parte occidentali, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit Johannis de Curia a parte orientali, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, et juxta terram Petri Veyre a parte boree, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra prenominatus recognoscens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis predictis de annuo et perpetuo censu in exonerationem census prefati Phillipi Pyn facta equancia cum eodem, videlicet unum obolum Lausannensem novum quolibet anno termino premissis in cuius supra castellani Melduni nominibus sive receptoris eiusdem persolvendum.

214 Item magis, tenere confitetur dictus ut supra prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis alias in cuius supra manibus recognitis per Discretum virum Jacobum Pyn quondam notarium et burgensem Melduni, et que per prius fuerunt de recognicione Conodi Carrelli, ex empto per dictum ut supra confitentem facto a dicto Phillipio Pyn instrumento manu dicti Domini Johannis Crepi notarii recepto sub anno presenti (1493) et die Lune ante festum Resurrexionis Domini, videlicet unum morsellum prati situm en Echinouz ? (very uncertain) continentem circa tercium unius seytorate prati juxta pratum dicti confitentis a parte boree, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat et Roleti Veyre a parte venti, pratum Humberti filii Johannis Mocket a parte orientali, et pratum Francesie filie Petri de Costel a parte occidente, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis prefato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de annuo et perpetuo censu, videlicet unum obolum Lausannensem novum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni manibus seu receptoris eiusdem presentis et futuri perpetue persolvendum.

214v Item magis, debere confitetur ut supra dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet tres denarios cum quarto unius oboli Lausannencium novorum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem manibus perpetue persolvendos, et hoc ratione cuiusdam semite sive transitus tendentis a domibus illorum de Tecto subtus Fontem quod tamen transitus presencialiter videre non potest, et quos tres denarios cum quarto unius oboli solvere consuevit nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis et suorum prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti ab heredibus predicti quondam Domini Anthonii Cornuti militis ut supra, witnesses honorabilis vir Dominus Johannes Crepini notarius, Petrus Davidis, Petrus filius quondam Nycodi Veyre, et Guilliernus Savarini.

215v **Mermetus filius quondam Anthonii filii quondam Johannis de Costel alias Bellaz de Chavanes**, 25 may 1493, res, bona, et possessiones inferius particulariter descriptas de bonis et successione Anthonii filii quondam Johannis de Costel eiusdem confitentis quondam patris alias facta in manibus Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii, et que per prius fuerunt de bonis quondam Clemencie [filie] Johannis Herbaz de Chavanes, videlicet unam posam terre sitam ou Carroz juxta iter publicum a partibus orientali et boree, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit quondam Johannis de Curia a parte occidentali, et juxta terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit Johannis Paschiz alias Vuespaz a parte venti, pro qua posa terre superius novissime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur ipse superius nominatus recognoscens pro se et suis ut supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendum, videlicet quindecim denarios Lausannenses novos annualis census quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis solvere consuevit Nobilis Johanni de Blonay militi velut causam habenti a quondam Domini Anthonio Cornuti milite ut supra solvendos.

216v Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de bonis et confessione premissis et que per prius fuerunt de recognicione Johannete filie Beatrisie filie quondam Mermeti Clerici uxoris Conodi Carrelli, videlicet unam occhiam sitam apud Chavanes juxta curtile Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii quod fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte bore[e], pratum et ortum dicti confitentis a partibus orientali et occidentali, et Viam Fontis a parte venti.

Item, en lo Lonsel unam posam terre juxta terram Petri filii Guilliermi Rapit a parte occidentali, terram Francesie filie Petri de Costel a parte orientali, et juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a partibus venti et boree, et inde pro premissis rebus supra limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ipse superius memoratus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni manibus persolvendum, videlicet duos denarios Lausannenses census annualis ut supra.

217 Item, de eisdem bonis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Conodi Carrelli, videlicet quandam domum et curtinam cum quadam occhia eisdem contigua sitas in villa de Chavanes continentem dymidiam fossoratam juxta occhiam et domum Agnetis filie Johannis Mochtet uxorisque Johannes Chinaul Turris de Peil prope Viviacum a parte boree, *occhiam Petri filii Petri filii Nycodi Veyre* (the passage should probably read *ochiam Petri filii Nycodi Veyre*) et carreriam a parte venti, casale Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat quod solet esse domus quondam Petri Paschyz a parte orientali, et occhiam Petri filii Nycodi Very a parte occidentali.

Item, medietatem tercię partis unius pose terre site en Cuart alias en Crochet juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte venti, terram Petri de Costel alias Bellaz a parte boree, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, et juxta iter publicum a parte occidentali, pro quibus rebus et possessionibus supra novissime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet pro dictis domo, curtina, et occhia tres denarios Lausannenses novos censu annualis, et pro dicta medietate tercię partis dicte pose terre unum denarium cum obolo dicte monete, quemquidem censum consuevit solvere nomine prelibati domini nostri prefato Nobili Johanni de Blonay militi uti causam habenti a prememorato Domino Anthonio Cornuti milite ut supra.

217v Item magis, tenere confitetur memoratus confitens pro se et suis ut supra a prelibato domino nostro et suis quibus supra de predictis bonis duas partes unius pose terre site retro Montem alias Entrelemont juxta terram Francesie filie quondam Petri de Costel a parte orientali, senderium de Mollens a parte boree, et juxta terram eiusdem Francesie a parte venti, pro qua re superius confinata et recognita confitetur dictus ut supra confitens prelibato domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum quarteronum avene reffectum ad mensuram Melduni annis singulis termino predicto festo Sancti Andree Appostolli persolvendum.

218 Item magis, tenere confitetur dictus ut supra recognoscens pro se et suis quibus supra a prefato domino nostro et suis premissis, videlicet jus et usum suum nemorum, pascuorum communium, itinerum publicorum, aquarum decursuum sibi pertinencium et spe[c]tancium in toto territorio et confinio de Chavanes pro indiviso cum suis aliis condvisoribus, et inde debere confitetur idem confitens prelibato domino nostro et suis, videlicet caponem, gerbam, corvatam, et omni alia usagia descripta et comprehensa in recognicione communitatis de Chavanes.

Item magis, tenere confitetur ut supra prenomnatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra in feudum sub predicto suo homagio francho et censito de bonis et recognicione Johannis filii quondam Petri Paschyz alias Vuespaz per ipsum Petrum Vuespaz postremo recognitis in manibus dicti Andree de Sollierio pro tunc dictarum extentarum commissarii et que per prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Nycodi Veyre et Anthonii Carrelli et antiquitus de bonis Francisci de Curia, et ex empto per ipsum confitentem facto a Provido viro Jacobo Pyn notario burgense Melduni instrumento recepto et signato per Petrum Volereti clericum 27 may 1490 et laudato per me dictum commissarium in presenti extenta, videlicet quandam domum sitam in villa de Chavanes juxta domum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti, domum et casale dicti confitentis a parte boree, carreriam publicam a parte occidentali, et domum eiusdem confitentem a parte orientali, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra prememoratus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum denarium cum obolo Lausannensem novos annualis census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendum facta tamen debita equancia cum Phillippo Pyn, de quibus nomine prelibati domini nostri ducis solvere consuevit Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti ut supra a prefato Domino Anthonio Cornuti milite, videlicet unum obolum monete predicte ut supra solvendum.

218v Item magis, tenere confitetur ut supra prenomnatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de bonis et confessione predictis quandam domum cum quadam occhia retro existente sitas in villa de Chavanes continentem unam fossoratum juxta terram Guydonis de Tecto a partibus orientali et venti, domum dicti confitentis a parte occidente, et curtile seu gerdile Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit Johannis de Curia a parte boree, et inde debere confitetur ipse confitens pro se et suis premissis prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo facta equancia cum Phillippo Pyn et Petro de Costel alias Bellaz, videlicet tres denarios Lausannenses quos nomine prelibati domini nostri ducis solvere consuevit anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli prefato Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti ut supra.

219 Item magis, tenere confitetur ipse supranominatus confitens pro se et suis ut supra a prelibato illustrissimo domino nostro et suis premissis, et albergamento noviter sibi facto in presenti extenta, videlicet duas posas terre sitas in territorio de Chavanes loco dicto supra les Devens juxta terram dicti confitentis ex oriente, nemus prelibati domini nostri ducis vocatam Devens ex occidente, borea, et vento.

Item, duas alias posas terre sitas in eodem territorio loco dicto en Genevreys juxta terram dicti confitentis ex vento, nemus prelibati domini nostri ducis ex oriente, occidente, et borea, pro quibus vero rebus supra novissime confinatis et limitatis ac recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sex quartos monete Lausannensis census annualis annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos, witnesses Petrus de Tecto, Petrus filius Nycodi Veyre, et Guilliernus Savarini.

220 **Petrus Davidis de Boloz habitator de Cabanis**, 25 may 1493 Style of the Nativity, de bonis postremo recognitis per Johannem filium quondam Petri Paschyz alias Vuespaz de Chavanes hominem quondam franchum et censitum prelibati domini nostri ducis, ex empto per dictum confitentem facto a Phillipo Pyn burgensis Melduni prout in huiusmodi vendicione constat quadam lictera inde per Egregium virum Johannem Crepy de Melduno notarium recepta sub anno presenti et die Lune ante festum Resurrexionis Domini Nostri Jesu Christi (02 apr 1493) laudato per me dictum supranominatum commissarium in presenti extenta, videlicet res subscriptas,

220v Et primo, duas posas terre sitas in territorio de Calce inter duas vias a parte orientali, terram Petri filii Roleti Very et plures geniperias a parte venti, et affrontat cuidam itineri publico a parte boree, pro quibus duabus posis terre debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo facta prius debita equancia cum Petro de Costel alias Bellaz, videlicet decemocto denarios Lausannenses veteres quos nomine prelibati domini nostri ducis et suorum solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti a prememorato Domino Anthonio Cornut milite ut supra annis singulis perpetue termino premissis festi Sancti Andree Appostolli persolvendos.

221 Item magis, tenere confitetur ipse prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de eisdem bonis, videlicet medietatem unius pose terre site en Durel juxta terram Petri filii Guillierni Rapi que solet esse pratum a parte orientali, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia et terram Petri de Tecto a parte occidentali, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte venti, et terram Petri de Costel alias Bellaz a parte boree.

Item, loco dicto en Ferrajoz duas partes unius pose terre juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii a parte occidentali, terram Francesie filie Petri de Costel a parte orientali, senderium seu iter de Mollens a parte boree, et juxta terram dicti confitentis ac Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum Johannis de Curia a parte venti.

221v Item, in territorio de Riombos loco dicto en Vaucignyere medietatem unius pose nemoris pro indiviso cum Petro de Costel alias Bellaz juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii que fuit liberorum Johannis de Curia a parte orientali, terram Phillipi

Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno et Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit dictorum liberorum a parte occidentali, nemus hospitalis Melduni a parte boree, et affrontat terris seu geniperiis dicti Phillipi Pyn a parte venti.

Item, loco dicto en Genvray ? duas partes unius pose terre juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte occidentali, terram Humberti Moctet et plurium aliorum a parte occidentali, nemus prelibati domini nostri ducis a parte boree, et affrontat terre dicti confitentis a parte venti, pro quibus rebus superius proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus ut supra nominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo facta prius debita equancia cum Petro de Costel alias Bellaz, Mermeto de Costel alias Bellaz, et Phillipo Pyn, videlicet quinque denarios Lausannenses census quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis solvere consuevit quolibet anno termino predicto festi Sancti Andree Appostolli Nobili Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a prefato Domino Anthonio Cornuti milite ut supra.

222 Item magis, tenere confitetur idem prenominatus confitens pro se et suis ut supra a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de predictis bonis quoddam pratum sive campum situm in territorio de Chavanes loco dicto en Chesaulx continentem circa unam posam cum dymidia juxta pratum dicti confitentis a parte orientali, nemus Sancti Bernardi Montisjovis a parte boree, nemus prefati domini nostri ducis a partibus venti et occidentali, quod[d]am itinere ibidem juxta dictum nemus existens a parte venti.

Item, quoddam massum terre situm loco dicto en Chesaulx continentem circa sex posas terre juxta nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis dou Devens ex occidente, pratum Petri de Costel alias Bellaz et nemus cappelle Sancti Bernardi et prelibati domini nostri ducis ex borea, terram dicti Petri Davidis confitentis ex oriente, et juxta nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis ex vento, pro quibus vero rebus superius novissime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duodecim denarios Lausannenses novos census annualis annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro sive receptoris eiusdem [manibus] per dictum Petrum Davidis confitentem et suos quos supra perpetue persolvendos, witnesses Petrus de Tecto, Petrus filius Nycodi Veyre, et Guiliermus Savarini.

223v **Francesia filia quondam Petri de Costel de Chavanes**, 19 jun 1493 Style of the Nativity, de auctoritate tamen et laude Johannis de Mont eius viri ibidem presentis, res et possessiones inferius descriptas et limitatas ex successione legitima sibi eventas ob mortem dicti Petri eius quondam patris, alias per Petrum de Costel eius quondam patrem recognitas in manibus Providi viri Andree de Sollierio quondam notarii dudum dictarum presencium extentarum commissarii,

224 Et primo, loco dicto a Salimont alias Entrelemont medietatem unius pose terre cum dymidia juxta terram Mermeti de Costel alias Bellaz a parte orientali, terram Humberti filii

Johannis Moctet a parte occidentali, senderium de Mollens a parte boree, et juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Ludovici Cerjat a parte venti.

Item, loco dicto en la Biollery unam posam terre juxta terram Petri filii Nycodi Veyre a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Sarvion de Melduno a parte occidentali, et senderium tendentem a Cabanis versus Mollens a parte boree.

Item, medietatem unius pose terre site loco dicto de Chagnes juxta terram heredum Glaudii Girodi a parte orientali, terram Humberti Moctet a parte occidentali, iter de Mollens a parte venti, et quasdam geniperias seu terras vacantes a parte boree.

224v Item, medietatem unius pose cum dimidia terre sitis in territorio de Grossis Petris alias en Pierres Bessies juxta terram Guydonis et Petri de Tecto inferius, terram heredum Anthonii Magnini superius, alios vero limites ignorat.

Item, unam posam cum dymidia terre sitam loco dicto en Biolles juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, iter publicum a partibus occidentali et venti, et juxta terram Petri de Costel alias Bellaz et Guydonis de Tecto a borea.

Item, dymidiam posam terre sitam en Bovanens juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti, et juxta terram Humberti filii Johannis Moctet a partibus orientali et boree, ac juxta terram dicte recognoscentis a parte occidentali, pro quibus omnibus universis et singulis rebus superius proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dicta prenominata confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet novem denarios Lausannenses novos, tres cupas et unum bichetum avene reffectum ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem manibus perpetue persolvendos.

225 Item magis, tenere confitetur prenominata recognoscens de auctoritate qua supra pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de recognicione predicta eius quondam patris, videlicet jus suum furni de Chavanes cum suis aliis comparsoneriis et pareriis, et inde debere confitetur pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis predictis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres partes dymidii quarteroni frumenti ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni presentis et futuri sive receptoris eiusdem persolvendos, et ulterius pro quodam alio suo jure cuiusdam alterius furni debere confitetur dicta prenominata confitens de qua supra auctoritate pro se et suis quibus supra prelibato domino, videlicet tres partes dymidii quarteroni frumenti annis singulis perpetue termino et in manibus premissis persolvendas. (Were there two communal ovens, or did she in fact hold two “shares” that came from two separate reconnaissances in the past, for the rights to the *same* communal oven ?)

Item magis, tenere confitetur dicta prenominata recognoscens pro se et suis premissis de laude qua supra a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra sub dicto suo homagio de bonis et recognitione predictis et que per prius fuerunt de bonis et recognitione quondam Jaquete filie quondam Girardi de Costel, videlicet res subscriptas,

Et primo, quondam domum sitam in villa de Chavanes juxta domum Petri Veyre a parte boree, domum dicte confitentis a parte venti, ochiam Petri filii Nycodi Veyre a parte posteriori, carreriam publicam a parte orientali, pro qua domo supra novissime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur dicta prenominata recognoscens pro se et suis quibus supra de auctoritate qua supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sexdecim denarios Lausannenses novos census annualis quos nomine prelibati domini nostri ducis solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti a quondam Domino Anthonio Cornuti milite annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendos.

225v Item, de bonis predictis et que per prius fuerunt de bonis et recognitione quondam Nycodi Veyre et Anthonii Carrelli, videlicet res inferius limitatas,

Et primo, loco dicto en la Ruaz duas partes unius pose terre juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, terram eiusdem Guydonis de Tecto a parte venti, terram dicti Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, et juxta terram Petri filii Nycodi Veyre a parte orientali.

Item, en Crochet unam posam terre juxta terram Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali, terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto a parte orientali, et terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a partibus boree et venti, et que posa terre fuit antiquitus recognita in duabus peciis, videlicet locis dictis en Crochet et en Cuart.

226 Item, jus et usum suum nemorum communium, pascuorum, itinerum publicorum, et aquarum decursuum sitorum et existencium penes massum, confines, et finagium de Chavanes pro indiviso cum suis pareriis et comparsoneriis, pro quibus rebus et possessionibus supra novissime confinatis et recognitis debere et legitime solvere teneri dicta prenominata confitens pro se et suis premissis de auctoritate qua supra prelibato domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor denarios Lausannenses novos annualis census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti supramemorati castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendos, de quibus solvere consuevit nomine prelibati domini nostri ducis prefato Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti a prememorato Domino Anthonio Cornuti milite, videlicet unum denarium monete predicte ut supra solvendum.

Item magis, tenere confitetur dictas (should be dicta) ut supra confitens pro se et suis premissis de auctoritate qua supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt de recognitione quondam Nycodi et Uldrici de Costel, videlicet medietatem duarum falcatarum prati indiviso cum Guydonis de Tecto sitarum in finagio de Chavanioles juxta joncherias a parte venti, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii quod fuit liberorum quondam Johannis de Curia a partibus boree et orientali,

et pratum Guydonis de Tecto a parte occidentali, super quibus duabus falcatas prati prefatus Nobilis Humbertus Cerjat ante omnia habet et habere debet quintam partem, pro quibus debere et legitime solvere teneri confitetur dicta prenominata recognoscens pro se et suis premissis de laude predicta prefato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem duorum denariorum cum obolo Lausannensium novorum census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni manibus seu receptoris eiusdem presentis et futuri perpetue persolvendam.

226v Item magis, tenere confitetur dicta prenominata recognoscens de auctoritate qua supra pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis de bonis predictis et que per prius fuerunt de recognitione Anthonii Carrelli et Petri Paschiz unam posam terre sitam ou Ferrajoz juxta terram Petri filii quondam Guilliemi Rapi a parte orientali, terram Petri filii Nycodi Veyre a parte occidentali, terram Mermeti filii Anthonii de Costel alias Bellaz et Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte boree, et juxta terram Humberti Mocket a parte venti, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur dicta prenominata recognoscens pro se et suis premissis de auctoritate supradicta prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duodecim denarios cum poysia Lausannenses novos annualis census annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in dicti castellani Melduni manibus sive receptoris eiusdem perpetue persolvendos.

227 Item magis, tenere confitetur ipsa prenominata confitens pro se et suis premissis de auctoritate premissa a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis que antiquitus fuerunt **Johannete uxoris quondam Perrodi Carrelli relicte quondam Perrodi de Tecto de Balma**, videlicet medietatem sexte partis furni de Chavanes supra Meldunum cum suis comparcionariis, pro qua parte dicti furni supra proxime recogniti debere et legitime solvere teneri confitetur ipsa memorata recognoscens de auctoritate predicta pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet medietatem sexte partis unius cupe frumenti ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendam. (See Fn 9, fol. 13v, for the reconnaissance of Johanneta uxor Perrodi Carrelli filia—*not relicta* !—quondam Perrodi de Tecto alias de Balma, de bonis suis paternis, 24 jan 1403, where the same properties are listed)

Item ulterius, debere confitetur dicta Francesia confitens pro se et suis ut supra preillustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet omnia usagia communia veluti gerbam, caponem, corvatam, et cetera usagia in recognitione communitatis de Chavanes.

Item magis, tenere confitetur ipsa prenominata recognoscens de auctoritate qua supra pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet jus suum duarum falcatarum prati sitarum in finagio de Chavanes loco dicto en Chavanieoles juxta pratum Phillipi Pyn et Petri de Tecto a parte venti, pratum Guydonis et Nycodi de Tecto ab ipso divisum a parte boree, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte orientali, et juxta pratum Petri filii quondam Guilliemi Rapi, Glaudii de Tecto, et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte occidentali, pro qua debere confitetur dicta prenominata confitens pro se et suis predictis de auctoritate qua supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu

servicio annuali et perpetuo, videlicet quindecim denarios cum obolo Lausannenses novos census annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem manibus perpetue persolvendos, actum Melduni in domo Discreti viri Jacobi de Bullo notarii et burgensis Melduni, witnesses Petrus de Costel alias Bellaz, Petrus filius quondam Nycodi Veyre, Glaudius de Tecto, et Glaudius Broucherii.

228v **Claudius filius quondam Nycodi de Tecto de Chavanes**, 19 jun 1493 Style of the Nativity, de bonis alias recognitis in manibus Providi viri Andree de Sollierio pro tunc dictarum extentarum commissarii per Jacobum et Roletum de Tecto fatres, necnon Roletum Veyre, Francesiam et Agnetam filias quondam Johannis de Curia, ex successione sibi legitime eventa ob mortem dicte Francesie eius quondam matris, videlicet res et possessiones inferius limitatas pro medietate indivisa cum Agneta relicta Nycodi Excofferii,

229 Et primo, medietatem pro indiviso cum prenominata Agneta filia quondam Johannis de Curia cuiusdam pecie prati continentis circa quartam partem unius falcate site loco dicto Deves ? (clear, likely should be read as Devens by omission of an abbreviation mark) juxta pratum Guydonis de Tecto ex vento, pratum Francesie filie Petri de Costel alias Bellaz ex oriente, pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre ex occidente, pratum Petri et Guydonis de Tecto et plurium aliorum ex borea.

229v Item, loco dicto en la Tornaz medietatem unius pose terre pro indiviso ut supra juxta terram dicti confitentis et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit filiarum Johannis de Curia a parte venti, terram Petri filii Guilliemi Rapyt et Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte boree, et vias publicas a partibus orientali et occidentali.

Item, medietatem quarte parte duarum posarum terre sitarum loco dicto en Plan pro indiviso pro quarta parte cum Guydone de Tecto, Petro filio quondam Nycodi Veyre, et Petro de Tecto juxta iter publicum a parte boree, pascua communia de Chavanes a partibus orientali et venti, et terram seu geniperias Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali.

Item, duas pecias terre pro indiviso ut supra sitas loco dicto en Vertillieres in duabus parcellis itinere tamen intermedio, quarum Prima sita est juxta terram Petri de Costel alias Bellaz a parte occidentali, terram Petri filii Guilliemi Rapyt a parte orientali, terram Petri filii quondam Johannis Bellaz a parte boree, et juxta iter publicum a parte venti, Alia vero particula jacet ibidem prope juxta iter publicum a parte boree, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte occidentali, terram Johannis Agues ? alias Moctet et Humberti eius filii a parte orientali, et juxta terram dicti Petri Veyre a parte venti.

Item, en la Biolleye unam posam cum dymidia terre pro indiviso ut supra juxta terram Petri filii quondam Guilliemi Rapyt a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Anthonie filie quondam Nycodi Carra vacantem a parte occidentali, iter de Mollens a parte boree, et juxta terram dicti Petri Veyre a parte venti.

230 Item, unam posam terre sitam in territorio de Bovarens pro indiviso ut supra juxta terram Petri filii Johannis de Costel alias Bellaz a parte orientali, terram heredum Glaudii Girodi

vacantem a parte occidentali inferius, et quasdam terras vacantes hinc et inde, videlicet a partibus boree et venti.

Item, unam posam terre sitam in territorio de la Biollere subtus Ardre ? (=Ardra) conversam in nemus pro indiviso ut supra juxta terram heredum quondam Anthonii Ferrarii a parte boree, et terram dicti confitentis et suorum condvisorum a parte venti, alios vero limites ignorat, pro quibus rebus et possessionibus supra novissime et proxime recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem trium bichetorum et unius quarteroni avene reffectem ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendam.

Item magis, tenere confitetur dictus ut supra confitens pro se et suis quibus supra a prelibato domino nostro duce et suis predictis de bonis et confessione predictis, videlicet res et possessiones subscriptas pro indiviso cum Agneta relicta Nycodi Excofferii pro medeitate,

230v Et primo, medietatem pro indiviso ut supra cuiusdam domus site in villa de Chavanes juxta casale domus Mermeti filii quondam Anthonii de Costel alias Bellaz quod fuit Johannis Paschyz alias Vuespaz a parte venti, iter publicum a parte occidentali, occhiam dicti confitentis et dicte Agnetis a parte orientali, et domum Petri filii Guilliermi Rapyt a parte boree.

Item, in Campo Martin duas partes unius pose terre juxta terram Petri Rapyt a parte boree, terram Guydonis et Petri de Tecto a parte venti, nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a parte occidentali, et affrontat rivo de Medetes a parte orientali.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en la Benery juxta terram Humberti Mochtet a parte orientali, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, pascua communia a parte boree, et juxta terram Humberti Mochtet a parte venti.

Item, loco dicto en Ferrajoz dymidiam posam terre juxta terram Petri filii Guilliermi Rapyt a parte occidentali, terram Petri de Costel alias Bellaz a parte orientali, terram Petri filii Nycodi Veyre a parte boree, et terram dicti confitentis et dicte Agnetis a parte venti.

Item, dymidiam posam terre sitam loco dicto en Larineir ? alias en Balmes (compare fol. 238, where apparently Laryneir alias en Varines ?) juxta terram Petri Veyre a parte orientali, terram Petri et Guydonis de Tecto, Glaudio de Tecto, et Agnetis relicte Nycodi Excofferii que fuit Anthonii Culart a parte occidentali, et terram heredum Johannis Girodi a parte boree.

Item, loco dicto ou Ferrajoz dymidiam posam terre juxta terram Petri Bellaz que fuit Johannis Paschy a parte orientali, terram Francesie filie Petri de Costel a parte occidentali, quoddam senderium tendentem (should be tendens, as quoddam shows that senderium is here treated as neuter) apud Mollens a parte boree, et juxta terram dicti confitentis et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte venti.

231 Item, loco dicto en Plan unam posam terre juxta terram Petri filii Jacobi de Tecto et Guydonis filii Roleti de Tecto a parte boree, et juxta iter publicum a parte venti.

Item, ibidem dymidiam posam terre juxta terram Petri filii Guilliermi Rapt a partibus orientali et occidentali, et affrontat itineri publico a partibus boree et venti.

Item, loco dicto en Vacignyere unam posam terre juxta nemus dicti confitentis et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii a parte occidentali, pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte orientali, nemus hospitalis Melduni a parte boree, et terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, supra Fayam et Long Sil (=Lonsel, Long Sel, etc.) unam posam terre juxta terram Francesie filie Petri de Costel a parte occidentali, terram Guidonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, et terram Agnetis filie quondam Anthonii Mocket a parte venti.

Item, en la Combetaz unam posam terre juxta terram Johannis Paschiz alias Vuespaz a parte orientali, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali, terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a parte boree, et terram Johannete uxoris Johannis de Servion seu ? (or et ? – script is unclear, has been altered) Phillipi Pyn a parte venti.

Item, ou Perroux ? duas posas terre juxta terram Petri filii Jacobi de Tecto a parte orientali, terram Petri filii quondam Guilliermi Rapyt a parte occidentali, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte boree, et terram Francesie filie Petri de Costel a parte venti.

231v Item, in Campo Montagneyr duas posas terre juxta terram Petri filii Guilliermi Rapt quondam a parte venti, terram Petri filii Roleti Veyre et plurium aliorum a parte boree, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, et terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte venti.

Item, loco dicto en la Riaz dymidiam posam terre juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, terram Petri filii quondam Guilliermi Rapt a parte occidentali, terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto a parte venti.

Item, loco dicto en Voluntier (=Volotier) duas partes unius pose terre juxta terram Petri filii quondam Guilliermi Rapyt a parte occidentali, terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a parte orientali, nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a parte boree, et juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte venti.

Item, ibidem dymidiam posam nemoris que solet esse terra juxta terram Petri filii quondam Guilliermi Rapt a parte occidentali, iter publicum a parte orientali, los mareschat a parte boree, et juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti.

Item, in Planchia des Nex duas partes unius seytorate prati in duabus peciis, quarum Prima sita est juxta pratum Petri filii quondam Guilliemi Rapit a parte orientali, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, et pratum Petri de Tecto a parte boree, Alia vero pecia sita est juxta pratum Petri filii quondam Guilliemi Rapyt a parte orientali, pratum Petri de Tecto a parte occidentali, pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte boree, et juxta pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte venti.

232 Item, ibidem ut supra loco dicto en Volontier (=Volotier) dymidiam seyuratam prati juxta pratum Humberti filii quondam Johannis Mocket a parte venti, pratum Petri Rapit a parte boree, pratum Humberti filii quondam Johannis Mocket a partibus orientali et occidentali.

Item, loco dicto en Chavanyoles duas partes unius falcate prati juxta pratum Petri filii quondam Guilliemi Rapit a parte occidentali, pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte orientali, et affrontat prato Humberti Mocket a parte boree, et terre Petri de Costel alias Bellaz et Petri Davidis que fuit Johannis Paschyz a parte venti.

Item, duas partes unius falcate prati site versus mareschum de Lorgivaux (=de l'Orgivaux) juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte orientali, pratum Petri filii quondam Guilliemi Rapyt a parte occidentali, pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte boree, et mareschum a parte venti.

Item, quartam partem nemoris ipsorum appellatum de Riombos continentem circa quatuor posas juxta terram ecclesie de Mollens a parte orientali, nemus Guydonis de Tecto a parte occidentali, nemus Petri Rapit a parte boree, et nemus ipsius confitentis et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte venti.

232v Item, tres posas terre sitas ibidem alias es Essers juxta dictum nemus ipsius confitentis et Agnetis relicte Nycodi Escofferii a parte boree, terram Petri de Tecto a parte orientali, nemus Petri et Guydonis de Tecto a parte occidentali, terram Petri de Tecto a parte venti.

Item, loco dicto en Vaucignyery dymidiam posam terre juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit a parte occidentali, et juxta terram Phillipi Pyn que fuit Anthonii Carrelli a parte orientali.

Item, subtus Biolles unum campum continentem unam posam terre juxta terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit a partibus orientali, boree, et venti, et juxta terram Humberti filii quondam Johannis Mocket et plurium aliorum a parte occidentali.

Item, duas posas terre sitas loco dicto en Bovanens juxta terram Humberti Mocket a parte orientali, terram Francesie filie quondam Petri de Costel a partibus orientali et boree, et pascuam communia a parte venti.

Item, ibidem unam posam cum dymidia terre juxta terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a partibus orientali et occidentali, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte boree, et juxta terram Petri filii Guilliemi Rapi a parte venti.

Item, loco dicto en laz Tormaz ? unam posam terre juxta terram dicti Petri de Tecto superius nominati a parte boree, terram Francesie filie Petri de Costel a parte venti, et juxta iter publicum a partibus orientali et occidentali.

Item, loco dicto en Genevrey unam posam terre juxta terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit Johannis Paschiz a parte orientali, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali, et nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a parte boree.

233 Item, en Durel duas partes unius pose terre juxta terram Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, terram Humberti Mocket a parte boree, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte orientali, et iter publicum a parte occidentali.

Item, unum morsellum prati situm loco dicto en Voloutier (=Volotier) juxta pratum Petri Rapi a parte boree, terram Humberti Mocket a parte venti, pratum Petri de Tecto a parte orientali, et terram dicti Humberti Mocket a parte occidentali.

Item, unam posam terre et terciam partem alterius pose site in Campo es Grues juxta terram Agnetis uxoris Johannis Chinaulx de Turri de Peilz prope Viviacum que fuit heredibus quondam Anthonii Mocket a parte occidentali, et terram Petri Rapi a partibus orientali et boree.

Item, en Crosaz unum curtile continente dymidiam fossoratam juxta ochiam Petri de Costel alias Bellaz que fuit Johannis Paschiz a parte orientali, iter publicum a parte boree, ochiam dicti Guydonis de Tecto que fuit Nobilis Humberti Cerjat a partibus venti et occidentali, pro quibus omnibus et singulis rebus et possessionibus superius novissime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem novem solidorum et duorum denariorum Lausannencium veterum ultra aliam medietatem debitam et recognitam per Agnetem relictam Nycodi Excofferii annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem perpetue persolvendos.

233v Item, de bonis predictis tenere confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet unam posam terre continentem circa dymidiam posam sitam en Bovanens juxta terram Francesie filie Petri de Costel a parte boree, terram dicti confitentis et Agnetis relictæ Nycodi Excofferii prelimitatam a parte venti, et juxta terram Humberti filii quondam Johannis Mocket que fuit Johannis Malley a parte orientali, pro quaquidem pecia superius novissime limitata et recognita idem recognoscens superius nominatus pro se et suis ut supra confitetur debere et legitime solvere teneri confitetur prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem decem octo denariorum Lausannencium veterum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli, quem censum solvere solitus est nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis prenominato Domino

Johanni de Blonay militi causam habenti a prefato Domino Anthonio Cornuti milite annis singulis termino predicto.

Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione Johannete filie quondam Beatrisie quondam filie Mermerii Clerici uxorisque Conodi Carrelli, videlicet quartum unius pose terre site loco dicto in Ochia ou Bossu juxta terram dicti confitentis et Agnetis relicte Nycodi Excofferii a parte occidentali, clausum Guydonis de Tecto a parte orientali, terram Petri Rapyt a parte boree, et clausum Humberti filii quondam Johannis Moctet et Agnetis uxoris Johannis Chinaulx burgensis Turris de Peilz prope Viviacum a parte venti, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et prepetuo, videlicet medietatem unius denarii novi Lausannensis annis singulis termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendum.

234 Item magis, tenere confitetur supranominatus recognoscens pro se et suis quibus supra a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis ut supra de bonis et recognicione predictis, res et possessiones sequentes pro medietate indiviso ut supra cum predicta Agneta relicta Nycodi Excofferii,

Et primo, unam ochiam continentem dymidiam falcatam juxta ochiam Phillipi Pyn a parte orientali, iter publicum a parte boree, curtile Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat a parte occidentali, et clausum Mermeti de Costel alias Bellaz a parte venti.

Item, in Planchia dou Chanoz unam falcatam prati juxta pratum Petri de Tecto a parte boree, pratum Humberti filii Johannis Moctet a parte venti, pratum Petri Veyre a parte orientali, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali.

234v Item, unam seyturatam prati sitam loco dicto en les Vernes juxta pratum Petri filii quondam Guilliermi Rapit a parte boree, pratum Petri de Tecto quod fuit Glaudii Murisat et pratum dicti Petri de Tecto de eius patrimonio a parte venti, pratum Francesie filie Petri de Costel a parte orientali, et pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat et plurium aliorum a parte occidentali.

Item, unam falcatam prati sitam en Voluntier (written volûtier, =Volotier) juxta terram Humberti Moctet a partibus orientali et occidentali, pratum Petri Veyre a parte boree, et pratum Petri Rapit a parte venti.

Item, en Chavanyoles dymidiam seyturatam prati juxta pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, pratum Humberti Moctet a parte boree, pratum Petri Rapit a parte orientali, et pratum dicti Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali.

Item, es Chintres de Plan unum morsellum prati juxta pratum Petri filii Guilliemi Rapi a parte boree, pratum Humberti filii quondam Johannis Mocket a parte venti, pascua communia de Chavanes a parte orientali, et juxta pratum Petri de Tecto a parte occidentali.

Item, unam falcatam prati sitam en Chasaul (=Chesaul) juxta pratum Petri filii Johannis de Costel alias Bella a parte occidentali, pratum dicti confitentis et Agnetis relicte Nycodi Excofferii et Petri de Tecto a parte orientali, pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte boree, terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte venti, pro quibus vero rebus superius novissime confinatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem decem novem denariorum Lausannencium novorum census annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit perpetue persolvendos, de quibus idem prenomminatus confitens solvere consuevit nomine prelibati domini nostri ducis prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti a prememorato Domino Anthonio Cornuti milite, videlicet medietatem octo denariorum Lausannencium cum obolo monete predictae ut supra annis singulis termino predicto.

235 Item magis, tenere confitetur idem prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis ut supra a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Johannis Malley de Chavanes, videlicet medietatem quarte partis unius seyturate prati site in Planchia de Chanoz juxta pratum Petri Veyre a parte orientali, terram ecclesie de Mollens a parte boree, et juxta terram dicti Petri Veyre a parte occidente, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur dictus supranominatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem unius denarii Lausnansensis veteris census annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendam, de quaquidem medietate dicti denarii census solvere consuevit dictus recognoscens prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti a Domino Anthonio Cornuti milite, videlicet medietatem unius oboli Lausnansensis veteris census annuatim termino predicto.

235v Item, tenere confitetur idem prenomminatus recognoscens pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis et que per prius fuerunt Anthonii Culart et Richardi Grinjo, videlicet partem suam furni de Chavanes, pro qua parte dicti furni debere confitetur dictus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet medietatem unius quarteroni quarti et octavi alterius quarteroni frumenti reffectos ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendum.

Item magis, tenere confitetur dictus ut supra confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra, videlicet jus et usum suum nemorum communium, pascuorum, itineri publicorum, et aquarum decursuum existencium in et penes finagium et territorio de Chavanes.

236 Item, pro premissis rebus debere et legitime solvere teneri confitetur dictus confitens ut supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet omnia usagia communia veluti gerbam, caponem, corvatam, et focagium omniaque alia et singula usagia contenta et comprehensa in recognicione communitatis illorum de Chavanes.

Item magis, tenere confitetur dictus prefatus recognoscens pro se et suis predictis a prelibato domino nostro duce et suis quibus supra de bonis predictis, videlicet medietatem pro indiviso ut supra unius pose terre site en la Ruaz juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat ex oriente, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit ex occidente, et clausum Guydonis filii quondam Roleti de Tecto ex vento.

Item, medietatem pro indiviso ut supra tercie partis unius pose terre site en Chesaul juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat ex oriente, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit ex occidente, et terram Petri filii quondam Nycodi filii Roleti Veyrex ex vento.

Item, medietatem medietatis pro indiviso ut supra et cum Petro filio quondam Guilliemi Rapit dymidie falcate prati site en les Communales juxta pratum Humberti Millet alias Mocket et eius condvisorum ex oriente, alios vero limites ignorat, pro quibus debere et legitime solvere teneri confitetur ipse prenomatus recognoscens pro se et suis predictis prefato domino nostro et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet medietatem duorum solidorum Lausannencium veterum, quam medietatem dictorum duorum solidorum solvere consuevit Nobili Johanni de Blonay militi causam habenti ab heredibus Domini Anthonii Cornuti militis ut supra annuatim termino predicto, witnesses Petrus de Costel alias Bellaz, Petrus filius quondam Nycodi Veyre, et Glaudius Bruchon.

Note: The problem here is the identity of this Nycodus de Tecto, father of the reconnaissance Glaudius de Tecto. The connection to the properties enumerated in this reconnaissance is through Francesia de Curia, wife of this Nycodus de Tecto and mother of Glaudius, and not by descent from the de Tecto family.

Item magis, tenere confitetur prenominatus recognoscens quibus supra nominibus pro se et suis predictis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de predictis

bonis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Nycodi et Anthonii Carrelli, videlicet dymidium posam terre sitam ou Rionsier juxta nemus prelibati domini nostri ducis a parte occidentali, terram dictorum confitencium que fuit Nobilis Humberti Cerjat a partibus orientali et boree, et juxta terram Humberti filii quondam Johannis Mochtet a parte venti.

251v Item, en Durel unam posam terre juxta terram dictorum confitencium a parte venti, terram Glaudii de Tecto et Agnete relicte Nycodi Excofferii a parte boree, iter publicum a parte occidentali, et juxta terram Petri filii quondam Guilliermi Rapit a parte orientali, et inde debere confitetur ipse prenominatus recognoscens nominibus premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, vicelicet duos denarios Lausannenses novos anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendos, et prefato Domino Johanni de Blonay militi causam habenti a prefato Domino Anthonio Cornuti milite, videlicet unum obolum monete predicte ut supra termino predicto persolvendum.

Item magis, tenere confitetur prememoratus confitens nominibus premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis premissis de bonis predictis et que per prius fuerunt de bonis et recognicione *Petri Carrelli uxoris Petri Carrelli filieque Petri de Tecto de Balma*, videlicet dymidiam posam terre sitam in territorio de Riombos juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte venti, terram eiusdem Petri de Tecto a parte boree, terram Petri filii quondam Johannis de Coster alias Bellaz itinere intermedio a parte occidentali, et juxta terram Petri de Tecto a parte orientali, pro qua debere confitetur prenominatus confitens nominibus premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum denarium Lausannensem novum census anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti castellani Melduni ut supra persolvendum, et Domino Johanni de Blonay causam habenti ut supra, videlicet octo denarios monete predicte ut supra solvendos. (Note the error, the highlighted passage should read *Johannete uxoris Perrodi Carrelli filieque Petri de Tecto de Balma*, consistent with the similar passage on fol. 247v.)

252 Item magis, tenere confitetur ut supra predictus recognoscens nominibus premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis ut supra de bonis et antiqua recognicione quondam Anthonii Baret de Chavanes, videlicet unam posam terre sitam en la Biollery retro Montem juxta terram Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali, terram dictorum confitencium a parte orientali, terram Petri de Tecto a parte venti, et juxta semitam de Mollens a borea, pro qua posa terre supra proxime limitata et recognita debere et legitime solve reneri confitetur [ut] supra dictus confitens nominibus premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis predictis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unam cupam avene reffectam ad mensuram Melduni anno quolibet termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus persolvendam.

Et ulterius, confitetur debere prememoratus recognoscens nominibus predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis ut supra, videlicet focagium, corvatas, et alia usagia in recognicione communitatis illorum de Chavanes contenta et declarata.

Item magis, tenere confitetur prenominatus recognoscens nominibus premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra sub dicto suo homagio de bonis alias per Roletum de Tecto eorundem confitencium quondam patrem, Jacobum de Tecto, Roletum Veyre, Francesciam et Agnetam filias quondam Johannis de Curia recognitis in manibus jamdicti Andree de Sollerio quondam notarii et dudum presenciarum extentarum commisarii ex successione dicti Roleti de Tecto quondam ipsorum confitencium patris, videlicet res subscriptas,

252v Et primo, quandam peciam prati continentem circa quartam partem unius seyturate prati sitam in territorio de Nex juxta pratum Francesie filie quondam Petri de Costel ex occidente, terram dicte Francesie ex vento, pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii ex borea, et pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte occidentali.

Item, loco dicto en Plan quartam partem duarum posarum terre pro indiviso cum Glaudio de Tecto et Agneta relicta Nycodi Excofferii pro alia quarta parte ipsarum duarum posarum, Petro Veyre pro alia, et pro reliqua quarta parte cum Petro de Tecto, juxta iter publicum a parte boree, pascua communia de Chavanes a partibus orientali et venti, et terram seu geniperias Petri de Tecto que fuit Glaudii Murisat a parte occidentali.

Item, loco dicto en Vertillieres unum morsellum terre in duabus peciis pro indiviso ut supra, quarum Prima sita est juxta terram Petri filii quondam Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapi a parte orientali, terram Petri filii quondam Johannis Bellaz a parte boree, iter publicum a parte venti, Alia jacet ibidem prope juxta iter publicum a parte boree, terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion a parte occidentali, terram Humberti filii quondam Johannis Moctet a parte orientali, terram dicti Petri Veyre a parte venti.

253 Item, en la Biollery unam posam cum dymidia terre pro indiviso ut supra juxta terram Petri Rapi a parte orientali, terram Phillipi Pyn que fuit Anthonie filie quondam Nycodi Carra vacantem a parte occidentali, iter de Mollens a parte boree, et juxta terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a parte venti.

Item, unam posam terre sitam in territorio de Bovanens pro indiviso ut supra juxta terram Petri de Costel alias Bellaz a parte orientali, terram heredum Glaudii Girardi vacantem a parte occidentali inferius, et quasdam terras vacantes hinc et inde, videlicet a partibus boree et venti.

Item, unam posam terre nunc in nemus conversam sitam in territorio de la Biollery subtus Ardra pro indiviso ut supra juxta terram heredum quondam Anthonii Ferrerii a parte boree, terram dictorum confitencium et suorum condvisorum a parte venti, alios vero limites ignorat, pro quibus rebus et possessionibus superius proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur idem prenominatus confitens nominibus premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unam cupam cum dymidia et unum quarteronum avene reffectos ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino prescripto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos.

Item magis, tenere confitetur idem prenominatus confitens nominibus premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis predictis, videlicet jus et usum suum nemorum, pastuorum communium, viarum seu itinerum publicorum, et aquarum decursuum sibi pertinencium et spectancium in toto confinio et territorio de Cabanis pro indiviso cum suis comparsonariis.

253v Item, debere confitetur prenominatus recognoscens nominibus premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet omnia usagia communia, videlicet focagium, caponem, gerbam, corvatam, et omnia alia usagia contenta et comprehensa in recognicione communitatis de Chavanes.

Item magis, tenere confitetur prenominatus confitens nominibus premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis ut supra sub homagio predicto, de bonis alias recognitis per **Jacobum et Roletum de Tecto fratres** ac Glaudius Murisat in manibus dicti Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii, ex successione paterna, videlicet quandam peciam prati continentem circa quatuor seytoratas prati sitas in territorio de Chavanes supra Stannum juxta terram Petri de Rossey alias Beytriz ex oriente, pratum hospitalis vocatam Pratum de laz Belleysaz quod tenet Petrus Bellaz alias de Costel ex borea, pratum Petri de Costel a vento, viam publicam tendentem de Chavanes versus Chesalletas ex occidente, et inde debere et legitime solvere teneri confitetur dictus sepememoratus confitens nominibus premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci de suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum grossum et quatuor denarios Lausannenses veteres annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos. (The implication here is that Jacobus and Roletus were both sons of the late Nycodus de Tecto, and that the present reconnaissants Guydo and Nycodus are the sons of the *same* Roletus son of Nycodus, and that the reconnaissant Petrus de Tecto (fol. 171) is the son of the *same* Jacobus son of Nycodus.)

Et ulterius, debere et legitime solvere teneri confitetur eidem domino nostro duci et suis ut supra, videlicet tres denarios cum quarto unius oboli novos annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus perpetue persolvendos, et hoc pro quadam semita sive transitus tendente a domibus dictorum de Tecto subtus Fontem que vero semita seu transitus presencialiter videri non potest pro indiviso tamen cum suis compersonariis, witnesses Dominus Johannes Crespi jurisperitus, Petrus de Tecto, Petrus Davidis, Petrus Bellaz, et Guilliernus Savarini.

254v **Guilliernus** (error! **Petrus** !) **Rapyt**, 25 may 1493, res, bona, et possessiones inferius descriptas que fuerunt de bonis alias per Guilliernum Rapyt eiusdem confitentis quondam patrem in manibus quondam Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii recognitis, et que prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Uldrودي de Curia, ex successione legitima sibi confitenti ob mortem eius quondam patris eventis, (The reconnaissant must certainly be **Petrus**, not **Guilliernus Rapyt** or **Rapyt** ! Petrus is mentioned first in the reconnaissance for the commune of Chavannes among its citizens, above, fol. 166, and subsequently on nearly every page, and this is the only reconnaissance that could be his.)

255 Et primo, domum suam sitam in villagio de Chavanes juxta domum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi excofferii que fuit quondam Johannis de Curia a vento, domum ipsius confitentis a borea, iter publicum ex occidente, ortum Petri de Tecto quod fuit quondam Glaudii Muriset ex oriente.

Item, en Champ Martin duas partes unius pose terre juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte Nycodi Excofferii ex vento, terram Petri Veyre a borea, nemus illustrissimi domini nostri ducis ex occidente, et rivum de Pralet ex oriente.

Item, dymidiam posam terre sitam ou Ferrajouz juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii ex oriente et borea, terram Francesie filie Petri de Coster ex occidente, et terram Mermeti filii quondam Anthonii de Costel a borea.

Item, loco dicto en Plain dymidiam posam terre juxta terram Petri filii quondam Nycodi Veyre ex oriente, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii ex occidente, iter publicum a vento, et affrontat terre Petri de Tecto a borea.

Item, loco dicto en Durel unam posam terre juxta terram Petri de Costel alias Belaz que fuit quondam Johannis Paschy ex occidente, terram dicti confitentis ex oriente, viam publicam a borea, et terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Muriset et Petri Veyre a vento.

255v Item, en Riomboz unam posam terre juxta terram Rodulphi Veyre a vento, terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Muriset a borea, terram Francesie filie Petri de Costel ex occidente, et terram Petri de Costel alias Bellaz que fuit quondam Johannis Paschy ex oriente.

Item, dymidiam posam terre sitam ou Perroux juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii ex oriente, terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Muriset ex occidente, terram Petri de Tecto que fuit quondam Johannete uxoris quondam Johannis de Servion a borea, et affrontat terre Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto a vento.

Item, unam posam terre sitam en Voluntier (=Volotier) juxta terram Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto ex oriente, terram Phillipi Pyn que fuit quondam Johannete uxoris quondam Johannis de Servion ex occidente, nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a borea, et terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Muriset a vento.

Item, in Planchia dicta in Prato dou Marest alias des Vernes terciam partem unius seyturnate prati juxta pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto ex oriente et occidente, pratum Roleti Veyre a borea, et juxta pratum Nycodi de Tecto quod fuit quondam Petri de Costel a vento.

Item, dymidiam seyturnatam prati sitam en Voloutier juxta pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto a borea et vento, et pratum Humberti Moctet ex oriente et occidente.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en Champ Montaneyr juxta terram Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto a borea, terram Guydonis et Nycodi de Tecto a vento, terram Phillipii Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno ex occidente, et terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Murisat ex oriente.

Item, quartam partem nemoris sui de Riombos partentem ? cum Glaudio de Tecto et Agnetis relicta quondam Nycodi Excofferii juxta nemus eorundem Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii a vento et oriente, nemus hospitalis Melduni a borea, et nemus Petri Belaz et Petri Davidis quod fuit quondam Johannis Paschy et suorum condvisorum ex occidente.

Item, terciam partem unius falcate prati site in Prato Planchie de Mayes juxta pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto ex oriente et occidente, pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a vento, et pratum Petri de Tecto a borea.

256 Item, terciam partem unius falcate prati site in Prato Planchie de Mayes juxta pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto ex oriente et occidente, pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a vento, et pratum Petri de Tecto a borea.

Item, terciam partem unius seyturate prati site loco dicto en Chavagnyolles juxta pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto ex oriente et oriente (one of the oriente should be occidente !), pratum Humberti Mocket a borea, et pratum dicti confitentis a vento.

Item, unum morsellum prati situm en Plan juxta pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre a borea, pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto a vento, pascua communia de Chavanes ex oriente, et terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto ex occidente.

Item, loco dicto des Nes sextum unius seyturate prati juxta pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre et Petri de Tecto quod fuit quondam Glaudii Murisat ex occidente, pratum Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto a vento, pratum Guydonis de Tecto quod fuit Nobilis Humberti Cerjat ex oriente, et pratum Humberti Mocket a borea.

Item, partem suam cum liberis dicti de Curia et pluribus aliis unius massi terre siti in territorio de Tierren et de Verdaux continentis terciam partem ducentum posarum terre.

Item, partem suam cum quibus supra unius alii parvi massi terre continentis duas posas terre sitas in territorio de Tierren et de Verdaux.

Item, en Bovanens duas partes unius pose terre juxta terram Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii a borea, terram Humberti Mocket ex oriente et occidente.

Item, in Ochia de Crosa dymidiam posam sine ? (or sive ? – but there are 8 fossore in 1 pose) fosseratam terre juxta terram Johannis Paschy ex occidente, terram dicti confitentis ex occidente, iter publicum ex oriente et borea, et terram Guydonis de Tecto que fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat a vento.

Item, in Fonte unam ochiam continentem quartum unius fosserate juxta terram Petri et Guydonis de Tecto a borea, terram Petri de Tecto a vento et occidente, et iter publicum ex oriente.

Item, supra Montem alias Treslemont (=Entrelemont) unam posam terre juxta terram heredum Johannis Cavyn ex oriente, terram heredum Glaudii Girod ex occidente, terram Petri de Costel alias Belaz a vento, et planchias vacantes communes a borea.

Item, in Plano unam posam terre juxta terram Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii ex oriente, terram Petri de Costel alias Belaz ex occidente, et iter publicum ex borea et vento.

Item, unam posam terre sitam en Vertillieres juxta terram Guydonis et Petri de Tecto ex occidente, terram Humberti Moctet ex occidente (one of the occidente should probably be oriente), iter publicum ex vento, et juxta terram Petri de Costel alias Belaz a borea, pro quibus premissis omnibus et singulis rebus et possessionibus superius prelimitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor solidos et octo denarios Lausannenses veteres annis singulis perpetue termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos, quiquidem census solebat antiquitus solvi heredibus quondam Domini Anthonii de Vulliens seniori, et nunc prememorato illustrissimo domino nostro duci prout in precedenti extenta continetur.

256v Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de bonis premissis, res sequentes,

Et primo, duas posas terre sitas en Bovanens juxta terram Humberti filii quondam Johannis Moctet a vento et oriente, terram dicti confitentis prelimitatam ex oriente seu borea, et terram Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto ex occidente, et inde debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duodecim denarios Lausannenses quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis percipit et percipere consuevit Nobilis Johannes de Blonay miles veluti causam habens ab heredibus quondam Nobilis Anthonii de *Blonay* (error ! should be Anthonii de *Vulliens* or Anthonii *Cornuti* !) militi annuatim termino predicto festi Sancti Andree Appostolli eisdem Nobili Johanni seu eius receptori persolvendos.

Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus confitens de predictis bonis que prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Alberti Moctet, videlicet unam ochiam continentem dymidiam fosseratam sitam in villa de Chavanes juxta iter publicum ex oriente, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a borea, domum heredum quondam Anthonii Carralli a vento, et juxta platheam cappelle ex occidente, pro qua ochia proxime prelimitata debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prememoratus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de censu seu servicio annali et perpetuo,

videlicet unum denarium Lausannensem annis singulis termino predicto prefato Nobili Johanni de Blonay ut supra causum habenti ab heredibus quondam Nobilis Anthonii Cornuti militis.

257 Item ulterius, tenere confitetur de predictis suis bonis paternis que prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Petri Girodi de Crosa, videlicet ochiam continentem dymidiam fosseratam sitam in territorio de Crosa juxta terram Petri de Costel ex oriente, terram dicti confitentis ex occidente, iter publicum a borea, et ochiam ac terram Guydonis de Tecto que fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat ex occidente, pro qua ochia supra proxime limitata et recognita debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet unum denarium Lausannensem novum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli prefato Nobili Johanni de Blonay causam habenti ut supra nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis persolvendum.

Item ulterius, tenere confitetur ut supra de bonis suis predictis paternis que prius fuerunt de bonis et recognicione quondam Petri filii quondam Johannodi Girod, videlicet dymidiam posam terre site loco dicto ou Carroz sus Byolles juxta terram Guydonis de Tecto que fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat ex oriente, terram seu geniperiam quondam Beatrisie filie Richardi Grinjoz ex occidente, terram Agnetis relicte Nycodi Excofferii et Glaudii de Tecto a borea, et quasdam geniperias a vento, pro qua dymidia posa terre proxime prelimitata debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prememoratus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra, videlicet unum obolum Lausannem novum annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendum.

Item magis, tenere confitetur ut supra idem prenomminatus confitens pro se et suis premissis de premissis bonis que prius fuerunt de bonis quondam Anthonii Magnyn de Chavanes, res sequentes,

Et primo, unam posam terre sitam in territorio de Chavanes juxta terram Johannes de Costel alias Belaz ex occidente, terram Petri de Tecto ex oriente, iter publicum de Mollens a vento, et terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a borea.

Item, supra Montem alias en laz Byolleyry unam posam cum dymidia terre juxta terram que quondam fuit Anthonii Cullard ex occidente, terram Petri de Costel alias Belaz ex oriente, quoddam senderium de Mollens a borea, et affrontat terre Petri filii quonddam Nycodi Veyre a vento, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenomminatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres cupas avene reffectas ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu receptoris eiusdem persolvendas.

257v Item, de eisdem bonis duas partes unius pose terre site in territorio de Crochet alias en Cuard juxta terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Murisat a vento, terram Guydonis de Tecto que fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat a borea, affrontat terre Glaudie filie Petri de Costel ex oriente, et [juxta] terram dicti Guydonis de Tecto que fuit dicti quondam

Nobilis Humberti Cerjat ex oriente, et inde debere et legitime solvere tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis prememorato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sexdecem denarios Lausannenses novos quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis percipit et percipere solet Nobilis Johannes de Blonay causam habens a Nobili Johanne (should be Anthonio !) Cornuti milite annis singulis perpetue termino festi Sancti Andree Appostolli ut supra persolvendos.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de premissis bonis, videlicet duodecimam partem furni de Chavanes pro indiviso cum suis parcionariis, pro qua duodecima parte dicti surni debere et legitime solvere tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra de censu de servicio annuali et perpetuo, videlicet unum bichetum frumenti ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendum.

Item magis, tenere confitetur ut supra jus et usum suum nemorum communum, pascuorum, viarum seu itinerum publicorum, et aquarum decursuum sibi pertinencium et spectancium in toto territorio et confinio de Chavanes pro indiviso cum suis consortibus, et inde debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet omnia usagia communia veluti caponem, gerbam, focagium, corvatam, ac omnia alia usagia contenta et designata in recognitione communitatis illorum de Chavanes.

258 Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis de bonis alias in cuius supra Andree de Sollerio pro tunc dictarum extentarum commissarii et receptoris manibus recognitis per quondam Guilliemi Rapit, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa, territorio, et confinibus de Chavanes,

Et primo, unam posam terre sitam in Crosa de Plan juxta viam publicam tendentem de Cabanis versus Stannum ex occidente et borea, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Glaudii (should be Nycodi !) Excofferii ex oriente, quondam aliam viam a vento.

Item, dymidiam posam terre sitam en laz Tornaz (clear) juxta terram Phillipi Pyn que fuit Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno ex oriente et borea, terram Petri Belaz et Glaudii de Tecto ac Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii a vento, et carreriam publicam ex occidente.

Item, dymidiam posam terre sitam en Chesaulx juxta pratum Guydonis de Tecto ex occidente, terram eiusdem Guydonis que fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat ex oriente, et terram Petri filii quondam Nycodi Veyre ex borea.

Item, dymidiam posam terre sitam in Fine de Chavanes juxta terram Petri filii quondam Nycodi Veyre ex oriente, terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Murisat ex occidente, iter publicum a vento, et affrontat terre Petri de Tecto a borea.

Item, terciam partem unius pose terre site in Ripa dou Devens juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii ex occidente, terram Guydonis de Tecto ex oriente, et iter publicum a borea.

Item, dymidiam seyturatam prati sitam in territorio de Chavanes loco dicto en Leschieres juxta pratum Petri Bellaz et Petri Davidis que fuit quondam Johannis Paschy alias Vuespaz ex oriente et borea, pratum Guydonis de Tecto quod fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat ex occidente, et pratum Humberti Laquey ? a vento.

Item, medietatem pro indiviso cum Agneta filia quondam Johannis de Curia relictique quondam Nycodi Excofferii dymidie seyturate prati site in les Comunulies ? (=Communalies ?) juxta pratum heredum quondam Johannis Millet ex una parte, alios vero confines ignorat, pro quibus premissis omnibus et singulis rebus superius proxime prelimitatis et recognitis debere et legitima solvere teneri confitetur ut supra dictus prememoratum confitens pro se et suis premissis prelibato domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres solidos Lausannenses veteres quos nomine ipsius prelibati illustrissimi domini nostri ducis percipit et percipere solebat Nobilis Johannis de Blonay miles veluti causam habens ab heredibus quondam Nobilis Anthonii Cornuti militis annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendos, witnesses Petrus Davidis, Petrus filius quondam Nycodi Veyre, et Guilliernus Savarini clericus.

259 **Discretus vir Philippus filius quondam Petri quondam filii Jacobi Pyn burgensis Melduni**, 25 may 1493 Style of the Nativity, de bonis et recognicione quondam Jacobi Pyn dicti confitentis quondam avi paterni alias per ipsum in manibus quondam Egregii Andree de Sollierio pro tunc dictarum extentarum commissarii recognitis que prius fuerunt quondam *Anthonie* (possibly altered from Anthonii) Carrelli filie (clear) quondam Nycodi Carra ex successione legitima sibi eventis ob mortem dicti eius avi parterni, (Elsewhere, the reference seems to be to *Anthonius*, not *Anthonia*, son, not daughter, of the late Anthonius Carrelli.)

259v Et primo, duas posas terre sitas in territorio de Plan juxta terram Humberti Moctet ex oriente, terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto ex occidente, terram Francesie filie quondam Petri de Costel a borea, et commune ville de Chavanes a vento.

Item, ou Crassy unam posam terre juxta terram dicti confitentis que fuit quondam Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a vento, affrontat terre Petri de Tecto et Guydonis filii quondam Roleti de Tecto ac plurium aliorum a borea, iter publicum ex oriente, et affrontat terre dicti confitentis que fuit quondam Anthonii Carrelli ex occidente, pro quibus premissis rebus supra limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quinque solidos Lausannenses census quos nomine prelibati illustrissimi domini nostri ducis percipit et percipere consuevit Specatibilis Dominus Johannes de Blonay miles causam habens ab heredibus quondam

Spectabilis Domini Anthonii Cornuti militis annis singulis perpetue termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti Spectabilis Domini Johannis de Blony seu eius receptoris persolvendos.

260 Item ulterius, debere confitetur dictus prenomminatus confitens dum et quando focum faceret apud Chavanes super predictis bonis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra caponem, gerbam, corvatam, et cetera usagia prout in recognitione communitatis de Chavanes declarantur.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens de predictis bonis que pridem fuerunt de bonis et recognitione quondam Petri Paschy et Anthonii Carrelli, videlicet dymidiam posam terre sitam en la Combetaz juxta terram Petri de Costel alias Belaz que fuit quondam Johannis Paschy alias Vuepaz ex oriente, iter publicum ex occidente, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a borea, et terram Glaudii de Tecto et Agneti[s] relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a vento, pro qua debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prefatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet quatuor denarios cum poysia Lausannenses novos annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in cuius supra manibus castellani Melduni seu receptoris eiusdem persolvendos.

Item, de eisdem bonis partem suam cum suis parcionariis massi de Tierrens et de Verdaux continentem ducentum posas, et inde debere et legitime solvere teneri confitetur pro dicta sua parte prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet tres denarios Lausannenses novos annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus prefati castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos.

Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenomminatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra sub predicto suo homagio de confessione Anthonii filii quondam Anthonii Carrelli de Chavanes per ipsum postremo facta in manibus quondam Egregii Andree de Sollerio olim dictarum extentarum commissarii et receptoris, ex acquisito per ipsum predictum Jacobum Pyn quondam avum paternum dicti confitentis facto ab Anthonio Carrelli constante instrumento recepto per Discretum virum Jacobum Sarracim notarium de Melduno recepto et signato per sundem 01 mar 1443 indeque laudato, videlicet res et possessiones sequentes sitas et jacentes in territorio, finagio, ac confinibus de Chavanes,

260v Et primo, medietatem unius pose nemoris alias in terram recognite pro indiviso cum Petro Veyre loco dicto en Voluntier (=Volotier) juxta nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a borea et occidente, nemus Petri filii quondam Guilliemi Rapit ex oriente, et terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit quondam Johannis de Curia a vento.

Item, ibidem medietatem unius alterius pose terre seu nemoris pro indiviso ut supra juxta nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a borea et occidente, terram Petri de Tecto que

fuit quondam Glaudii Murisat ex oriente, et affrontat terre Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi de Tecto que fuit dictorum de Curia a vento, pro quibus premissis rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur dictus prememoratus confitens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos denarios Lausannenses novis annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus predicti castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos.

Item ulterius, tenere confitetur ut supra dictus prememoratus confitens pro se et suis premissis sub predicto suo homagio de bonis alias in cuius supra manibus recognitis per Johannetam uxorem Johannis de Servion de Melduno filiam quondam Johannis Pictet de Rotondomonte quondam hominem francham precessorum prelibati illustrissimi domini nostri ducis, ex empto per dictum confitentem facto a dicta Johanneta de Servion prout constat quadam lictera manu Jaqueti Male de Melduno notarii recepta 08 mar 1462 plenius legitimo contineri, laudataque per quondam Egregium virum Johannem Chapuysy pro tunc assertum procuratorem Vuaudi lictera manu ipsius signata 09 may 1481 sub sigillo laudimi patrie Vuaudi, res, bona, et possessiones inferius descriptas,

261 Et primo, terciam partem unius pose terre site en Voloutier juxta terram Petri filii quondam Guilliermi Rapit ex oriente, terram Humberti Mochet (=Mochtet) que fuit quondam Jaqueti Malley ex occidente, terram dicti Humberti Mochtet (clear) a borea, et terram Petri de Costel alias Belaz a vento.

Item, in Champ Martin unam posam terre juxta terram Petri filii quondam Jacobi de Tecto a borea, terram Petri filii quondam Nycodi Veyre a vento, iter publicum ex oriente, et juxta terram Petri et Guydonis de Tecto ex occidente.

Item, unam falcatam prati sitam versus marescum juxta pratum Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a vento, pratum Petri de Tecto quod fuit quondam Glaudii Murisat a borea, et marescum ac pascua communia ex oriente, necnon pratum Petri filii quondam Nycodi Veyre ex occidente.

Item, en Clamagnyoulaz dymidiam posam terre et prati juxta iter publicum a borea, pratum et terram Humberti Mochtet a vento, clausum Petri filii quondam Nycodi Veyre ex occidente, et terram Francesie filie Petri de Costel ex occidente.

Item, en Combetaz unam posam terre juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit Johannis de Curia a borea, terram dicti confitentis ex oriente, terram Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Murisat ex occidente, et affrontat terre Petri filii quondam Guilliermi [Rapit ?] et pluribus contoriis a vento.

Item, en Vuangnyeres ? dymidiam posam terre ad nemus conversam juxta nemus hospitalis Melduni a borea, nemus dicti confitentis quod fuit quondam Anthonii Carrel a parte inferiori, alios vero limites ignorat.

Item, supra Fay dymidiam posam terre juxta terram Petri Veyre ex oriente, terram Humberti filii quondam Johannis Mochtet ex occidente, nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis a borea, et terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a vento.

Item, portionem suam cum ceteris suis comparcionariis de Curia tercie partis massi de Tierens et de Verdaux continentis ducentum posas terre.

Item, quartam partem unius morselli nemoris siti en Riombos cuius vero limites ignorat, pro quibus premissis omnibus et singulis rebus superius prelimitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prememoratus confitens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis premissis de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet viginti denarios cum obolo veteres Lausannenses census annis singulis perpetuo termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus quibus supra castellani Melduni presentis et futuri seu receptoris eiusdem persolvendos.

261v Item ulterius, debere confitetur nomine prelibati illustrissimo domini nostri ducis preintroto ? (uncertain script, no abbreviation marks, perhaps an error for something like prememorato) Domino Johanni de Blonay militi veluti causam habenti a Spectabili Domino Anthonio Cornuti militi (should be milite) seu ab eius heredibus, videlicet sex denarios cum obolo veteres annuatim termino predicto eidem domino de Blonay vel suis persolvendos.

Item ulterius, tenere confitetur ut supra de premissis bonis que quondam fuerunt de bonis quondam Ansermi de Costel,

Et [primo], unam posam terre sitam en laz Biolliery juxta terram Guydonis de Tecto que fuit quondam Humberti Cerjat ex oriente, terram heredum quondam Anthonii Magnini inferius, iter de Mollens a borea, et plures geniperias a vento.

Item, dymidiam posam terre sitam en laz Chagnaz juxta terram Humberti filii quondam Johannis Mochtet ex occidente, terram Petri de Tecto a borea, et semitam de Mollens a vento, pro quibus premissis rebus supra proxime limitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenominatus recognoscens pro se et suis premissis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duas cupas avene reffectas ad mensuram Melduni annis singulis perpetue termino predicto festi Sancti Andree Appostolli in manibus castellani Melduni qui nunc est et qui pro tempore futuro fuerit seu eius receptoris persolvendos.

Item magis, tenere confitetur dictus prenominatus confitens de premissis bonis que per prius fuerunt de recognicione quondam Conodi Carrelli de Chavanes, res, bona, et possessiones infrascriptas,

Et primo, medietatem duarum posarum terre sitarum en Bovanens juxta terram Petri de Costel alias Belaz ex oriente, terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia ex occidente, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit a vento, et terram Petri Veyre a borea.

Item, en Crossy unam posam terre juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit dictorum liberorum de Curia a parte venti, terram Petri de Costel alias Belaz que fuit quondam Johannis Paschy a borea, terram Petri filii quondam Guilliemi Rapit ex oriente, et iter publicum ex occidente.

262 Item, dymidiam posam terre sitam en laz Combetaz juxta terram Rodulphi Veyre a borea, terram Guydonis de Tecto ex occidente, iter publicum ex oriente, et juxta terram dicti confitentis a vento.

Item, in territorio de Casali (=Chesaulx) duas partes unius pose terre juxta terram Agnetis uxoris Johannis Chinaulz filie quondam Anthonii Mocket ex oriente, terram Guydonis de Tecto que fuit quondam Nobilis Humberti Cerjat ex occidente, et terram Francesie filie quondam Petri de Costel a vento, ac terram Glaudii et Nycodi filiorum quondam Roleti de Tecto a borea.

Item, unam posam terre sitam in Campo Martini alias Loute ? juxta terram Glaudii de Tecto et Agnetis relicte quondam Nycodi Excofferii que fuit liberorum quondam Johannis de Curia a vento, terram Petri de Costel alias Belaz que fuit quondam Johannis Paschy a borea, nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis seu iter publicum ex occidente, et terram Guydonis de Tecto et Petri de Tecto que fuit quondam Glaudii Murisat ex oriente.

Item, en la Toffery unam posam nemoris et prati juxta nemus hospitalis Melduni a borea, nemus prelibati illustrissimi domini nostri ducis ex oriente, et terram Humberti filii quondam Johannis Mocket a vento et oriente, pro quibus premissis rebus supra proxime prelimitatis et recognitis debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenominatus confitens pro se et suis quibus supra prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet sex denarios cum obolo Lausannenses novorum quos nomine ipsius prelibati illustrissimi domini nostri ducis percipit et precipere debet Spectabilis Dominus Johannes de Blonay miles causam habens a Spectabili Domino Anthonio Cornuti milite annis singulis perpetue termino festi Sancti Andree Appostolli in manibus dicti Domini Johannis de Blonay seu eius receptoris persolvendos.

Item magis, tenere confitetur de premissis bonis que prius fuerunt de bonis quondam Petri Girardi, videlicet dymidiam posam terre sitam en laz Combetaz juxta terram dicti confitentis a borea, carreriam publicam ex oriente, terram Guydonis de Tecto ex occidente, et terram Humberti Mocket a vento, et inde debere et legitime solvere teneri confitetur ut supra dictus prenominatus confitens pro se et suis predictis prelibato illustrissimo domino nostro duci et suis quibus supra de censu seu servicio annuali et perpetuo, videlicet duos denarios Lausannenses novorum quod nomine ipsius prelibati illustrissimi domini nostri ducis percipit et perpetue debet prenominatus Spectabilis Dominus Johannes de Blonay miles uti causam habens a prememorato Spectabili Domino Anthonio Cornuti milite eidem domino de Blonay seu eius receptoris annis singulis termino predicto festi Sancti Andree Appostolli persolvendos.

262v Item magis, tenere confitetur ut supra dictus prenominatus confitens pro se et suis premissis a prelibato illustrissimo domino nostro duce et suis quibus supra sub predicto suo homagio de bonis et confessione Johannis filii quondam Petri Paschy alias Vuepaz de Chavanes per ipsum postremo facta in manibus dicti Andree de Sollerio olim dictarum extentarum

